14477

# DE LATINITATE
# SCRIPTORVM HISTORIAE AVGVSTAE

## MELETEMATA AD APPARATVM VOCABVLORVM SPECTANTIA

SCRIPSIT

CONSENSV

AVSPICATISSIMI HISTORICORVM ET PHILOLOGORVM

IN VNIVERSITATE DORPATENSI ORDINIS

GRADVS

**DOCTORIS PHILOLOGIAE**

RITE OBTINENDI CAVSA

DIE XIX M. MARTII A. MDCCCLXX

H. XI. L. C.

PVBLICE DEFENSVRVS

Karl von
*C. PAUCKER*
MAG. PHILOL. CVRON.

DORPATI
G. GLAESER TYPIS DESCRIPSIT
1870

Ex decreto ordinis Historicorum et Philologorum publicatum.
Dorpati d. VIII. m. Martii a. MDCCCLXX
Nr. 10. **Ludouicus Schwabe**
h. t. decanus

PATRIS

**M A N I B V S**

PARENT.

***C. P.***

. . ex fumo dare lucem . .

'*Vitas diuersorum principum et tyrannorum a d. Hadriano usque ad Numerianum a diuersis compositas*', temporum linguae monumentum simplex ac sincerum, diu ac sedulo tractaui peruestigaui excussi, non eo consilio, ut eorum, qui illas scripserunt, sed ut linguae, qua usi sunt, indolem accuratius dispicerem, formamque eius — h. e. Latinitatis, qualis IV seculo Caesareano fuerit — describerem, quantum ex his, uel adumbrarem. Cuius curae specimen nunc exhibui, partis prioris, quae collectanea de usu uocabulorum digesta atque illustrata complectitur, tria capita cum appendice. Caput quartum cum tertii quibusdam supplementis proxime conectam, mox, si Deo placet, etiam reliqua disquisitionis, quae ad constructionem uerborum pertinent, editurus.

Dorpati, Kal. Jan. MDCCCLXX.

**C. Paucker.**

# I.

1. Primum omnium breuem quendam proposui uocum, quae in corpore scriptorum sex q. d. historiae Augustae comparent **noviciae.** Nouicias autem dico non quas tum demum (sub seculi IV initium) prouenisse omnes uelim existimari, nedum ab istis scriptoribus inuentas, sed eas, quarum antiquissimi ad nos testes atque auctores uel inter antiquissimos (siquidem non semper qui quos aetate antecedant liquido constat) isti uideantur esse. Voces digessi per literas, — genera, h. e. nomina — uel substantiua uel adiectiua —, uerba, aduerbia, separaui. Si quas recepi non ipsa figura nouas, sed loco, quo iam habentur, ueluti adiectiua uel participia loco substantiuorum, his astericos apposui. Porro si quas hic uocum formas aliquatenus a uulgata dissidentes anticipaui (nam de talibus inferius suo loco agetur), has quoque nota (>—) appicta distinxi. Latinas uoces insequentur graecanica uocabula, quorum in latina lingua tunc usus testes esse nostri uideantur.

A*bligurritio:* Capitol. Macrin. 15, 2 (Heliogabalus imperium) *dedecorauit uitiis ingentibus*, *luxurie turpitudine abligurritione* rell.

*absocer:* Cap. Gord. 2, 2 *socero prosocero et item alio prosocero et duobus absoceris consulibus.*

*accubitalia* subst.: Valerian. imp. ap. Trebell. Claud. 14, 10 *accubitalium Cypriorum paria duo* (idem sunt toralia Lamprid. Heliog. 19, 1 *toros aureis toralibus texit*, Varr., all.).

*accubitatio* concr.: Spartian. Ver. Caes. 5, 8 *quod accubitationes ac mensas de rosis ac liliis fecerit* *); — idemque *accubitum:* L. Hel. 19, 9 *nec cubuit in accubitis nisi his quae pilum leporinum haberent* rell., 25, 2 *folles pro accubitis sternebat eosque reflabat prandentibus illis;* — schol. Iuuen. V, 17 *accubitorum*, Or. inscr. 2103 *porticum cum accubito* (idem denique est discubitio ib. 2106).

*admissionalis* subst.: L. Alex. 4, 3 *ut salutaretur admissionalibus remotis aut solis his qui ministri ad fores fuerant;* Cod. Theod. VI, 35, 7, Cod. Iust. XII, 60, 10 (cf. magister admissionum Vopisc. Aurel. 12, 4, Cod. Theod. XI, 18, 1).

*adulatrix:* Tr. Cl. 3, 7 *adulator ergo senatus* . ., *adulatrices exterae gentes*, *ad. prouinciae* (praeeunte ficturam Tert. An. 51 *non reliquiis animae adulatrix*, *sed crudelitatis etiam corporis nomine auersatrix*).

*affectio:* u. p. 5 s. u. 'affectus'.

**alba* (sc. gemma) i. margarita: L. Hel. 21, 4 *albas in uicem piperis piscibus et tuberibus conspersit*, et ib. s. 3, C. Maximin. 27, 7; — *alba* (sc. uestis): Treb. Claud. 14, 8 *albam subsericam cum purpura Girbitana;* cf. de alba ueste, sollemnibus accommoda, int. cett. Ouid. Trist. III, 13, 14, V,

---

*) Eadem uox forsitan et L. Alex. 34, 8 *numerus accubitationum crescebat et multitudo conuiuarum* (codd. accumtionum, edd. sec. Salm. accubitionum; accubitio concr. alias non legitur).

5, 7, Paul. Sent. I, 21, 14, — qua indutus dicitur albatus (Cic., Hor., Suet., Pers. II, 40, albus id. I, 16).

*allisio:* Tr. xxx tyr., 8, 5 *multa duorum digitorum allisione contriuit.*

*ambitor:* L. Alex. 28, 5 *patronis auctoribus damnatus est ambitor.*

*animaduersus:* L. Alex. 25, 2 *in animaduersibus asperior.*

*apenarius* i. subsannator: Tr. Gall. 8, 3 *Cyclopea luserunt omnes apenarii;* — apinae, apinari Mart., gloss.

*appetitor:* L. Alex. 40, 10 *boni linteaminis appetitor fuit;* — Amm., C. Th., eccles.

*arcarius* subst.: L. Alex. 43, 4 *arcarios instituit qui de arca fisci ederent munera;* — ICti, inscr., all.

*assatura* concr.: Vop. Aur. 49, 9 *conuiuium de assaturis maxime fuit;* — Apic.

*attestatio:* Tr. xxx, 30, 4 *missis literis hac se attestatione defendit;* — Macr., C. Th.

*attritio*: L. Hel. 19, 5 *rosatum pinearum attritione odoratius reddidit;* — Mart. Cap. III, 226.

*aucupatus*: C. Anton. Philos. 4, 9 *amauit .. aucupatus.*

≻ *Aegyptiacus* pro latino Aegyptius: C. Gord. 34, 2 *Iudaicis et Aeg. literis,* Tr. xxx, 22, 5, Sp. Pesc. 12, 5, adu. Tr. xxx, 30, 21 *loqui*; — Gell. x, 10, 2, sed in indice graeci operis *).

*Agrippianus:* L. Al. 27, 7 *septa.*

*) Cf. Cypriacus C. Gord. 3, 7 *tauri;* nam Armeniacus (u. p. 5) etiam alii ante dixerunt, et alia, ueluti Syriacus V. Cass. 5, 5. 9, Sp. Jul. 5, 1, L. Hel.

*Alexandrianus*, ab Alexander: L. Alex. 40, 6, *ita ut Alexandriana purpura hodieque dicatur quae uulgo Probiana*, ib. 60, 5, ib. 63, 4, al.; it. *Alexandrinus* ib. 26, 7 *basiticam Alexandrinam instituerat*, 25, 7, Treb. xxx, 30, 22 *historiae Alexandrinae perita* (i. e. Alexandri M.), 32, 3 *ab Armeniis sagittariis*, *quos Maximinus ut Alexandrinos oderat* (i. e. Alexandro Seu. deuotos).*)

---

7, 3, usu recepta erant. De aliis autem —iacus finitis, quae graeco carent exemplo, u. 2 ad u. 'Niliacus'.

*) Adiectiua possessiua in —*anus* a nominibus propr. *personalibus* inclinata cum plurima exstent apud nostros, haec fere notanda sunt recens pleraque figurata: a nom. romanis in —us, —ius *Heluianus* Sp. Seu. 7, 8 *flamen et sodales*, al., — *Macrinianus* L. Diad. 1, 1 *factio*, — *Maximinianus* C. Max. 13, 8 *tyrannis*, 22, 2 *milites*, 7, 3 al. abs., — *Pescennianus* Sp. Pesc. 12, 4 *domus*, C. Alb. 12, 13 *factio*, — *Saloninianus* Tr. Cl. 17 ex. *trientes*, — *Seuerianus* Sp. Seu. 19, 5 *thermae*, — *Gaianus* C. Ver. 4, 6 *uitia* (Sen., all.), — *Marcianus* C. Pert. 15, 4, Sp. Seu. 7, 8 *sodales* (antt.), — a nom. in —a: *Agrippianus*, — a nominibus matronarum: *Faustinianae* puellae C. Ant. P. 8, 1 al., *Mammaeanae* et —ni (sc. puellae et pueri) L. Al. 57 ex., — a nom. graecis (praeter *Alexandrianus* illud) *Cleopatranus* Tr. Cl. 1, 1 *stirps*, xxx, 30, 19 *uasa*, 32, 6 *uniones*, *Herculianus* (s. u.), et, ut uidetur, ab 'Antiochus' *Antiochianus*, quod ut nomen proprium L. Hel. 14, 8 habetur. Adde in —eanus insolenter pro —ianus *Caesareanus*, quod est a) = Juliorum Caesarum, ut C. Alb. 5, 6 *familia*, — b) = adsciti in imperii societatem: *nomen* Commod. ap. C. Alb. 2, 2, ib. 3, 3, ib. 6, 4, ib. 13, 4, 9, ex actt. ap. L. Al. 8, 1, Tr. xxx, 2, 2, SC ap. V. Prob. 12, 8, *imperium* V. Car. 7, 3 et 16, 2, — c) prorsus = imperatorius V. Aur. 6, 4 *Caesareanorum temporum scriptor* (Caesarianus Sp. Seu. 6, 9, loco corr.). Quod solitariae formae adiectiuum affiguratum esse uidetur pér paragogen e 'Caesareus', quod unum est inter paucula illa a nominibus propriis possessiua in —eus, quae poetis primo, posteriore aetate etiam in soluta oratione usurpata esse notum est. Quo ex numero nostri habent: Herculeus L. Comm. 7, 3 *H. nomen* (i. e. Herculis), cf. 11, 14 et 17, 8, Al. 35, 4, — et Romuleus (u. III, 3). Inuersa paragoge, eaque frequentiori, ex 'Herculanus' declinatum est Herculaneus, ut L. Comm. 17, 11 *flamen H. Commodianus*, C. Pert. 8, 4 *macerae* H., cf. Padaneus Solin. 20, 9 *siluae*, Paestaneus Ennod. *rosae*. — E magna copia inclinatorum a nom. propr. *loc.* in —anus et —inus haec aliquo modo uidentur esse digna notatu: *Lanuuianus* C. Ant. P. 8, 3, inscr. pro uulgato Lanuuinus (quod est Ant. P. 1, 8), *Succubitanum* municipium C. Ant. Ph. 1, 4 (a 'Succubo'), *Arabianus*, quod adiectiue quidem non inuenitur, sed repraesentatur cognomine homonymo saepius recurrente (Claudius Arabianus Sp. Seu. 13, 7, Flau. Ar. V. Aur. 47, 2, Septim. Ar. L. Al. 17,

*annonarius*: Tr. xxx, 18, 4 *in prouisione annonaria singularis*, 24, 5 *annonaria regio*; Cod. Th. *res*, *functio*, rell.

> *Armenicus*: C. Ver. 7, 2 *partum ipsi nomen est Armenici*, V. Aur. 30 ex., abs. Sp. Pesc. 4, 2 *cum trecentis Armenicis et centum Sarmatis.. praeesse iussi*; — uulgo graecanice Armen*ia*cus, uti et Sp. Car. 6, 1 al., et Armen*iu*s adi. et subst., ut V. Aur. 28, 2, Tr. xxx, 30, 7 et saepius nostri.

*aurosus*: L. Hel. 31 ex. *de aurosa arena*; — Veg. art. uet. II, 17 in., Pallad., Herm. Past. I, 4.

*adaerare* i. ad aeris pretium redactum exigere aliquid: Valer. ap. Tr. Claud. 14, 14 *cetera pro moderatione praestabis, sed ita ut nihil adaeret* (cod. aderet), *et si alicubi aliquid defuerit, non praestetur nec in nummo exigatur*; — Cod. Theod., Amm., gloss.

> *affectus* quasi correptior forma pro affectatus: Sp. Hadr. 4, 3 *in suspicionem adfectae tyrannidis lapsis* (codd. adiectae), Vulcat. Auid. Cass. 2, 5 *misera condicio imperatorum, quibus de affecta tyrannide nisi occisis non potest credi* (codd. affect*u*), cf. C. Ant. P. 7, 3 *affectatae tyrannidis reus*, al.; — et item *affectio* pro affectatio: Vulc. Cass. 1, 5 *per patrem affectionem tyrannidis latuisse*, cf. Tert. adu. Iud. 11 p. 731 Oehl., al. (e Seru. Aen. III, 209 'stupri adfectores' Salm. citat ad Vulc. l. l.; edd. sane 'adfec*ta*tores').

---

3. 4); — *Byzantinus* Tr. Cl. 9, 7 *ipsis Byzantinis fortiter facientibus*, — quae uocabuli forma pro usitata etiamtunc et Graecis et Latinis forma 'Byzantius' hic primum comparet, postinde ap. Aus. ord. nob. urb. 2, 13, Claud. in Eutr. II, 136, Sidon. Cf. inferius ad 'Illyricianus'.

*annonari*: C. Gord. 29, 2 *in ea loca deducti sunt milites in quibus annonari non posset.*

**B***allistia* (plur.): V. Aur. 6, 4 *adeo ut etiam ballistia pueri et saltatiunculas in Aurelianum tales quibusdam diebus festis saltitarent*: *mille mille mille decollauimus* etc.; — cf. ballare Augustin., ballator inscr., ballatio gl. Isid., et Isid. Orig. III, 21, 11 'dicta cymbala, quia cum ballematia simul percutiuntur; Graeci enim dicunt cymbala ballematica'.

*balteolus*: C. Maximin. 2, 4.

*basterna* (lectica mularis): L. Hel. 21, 7; — Anth. Lat. n. 958 M., Pall., Amm., all.

*bast*us (bâton): L. Comm. 13, 3 *uirium tantarum fuit, ut.. orygis cornu basto transmiserit;* — cf. battuere, unde battualia s. battalia („exercitationes militum uel gladiatorum") et battuatores (uecte — h. e. basto — certantes ? cf. Veg. r. m. III, 4, I, 9), u. Cassiod. de orthogr. 5 s. f., Charis. exc. p. 549 K.

*belbus*: C. Gord. 33, 1 *belbi, id est hyaenae.* (¿ beluus: cf. Coel. Aur. III, 16, 137 et Amm. ad l.)

*birrus* (uestimenti genus crassius): Vop. Car. 20, 6; — ed. Diocl., C. Th. XIV, 9, 3, all. Cf. Momms. ad ed. Diocl. addit. p. 88.

*blatta* i. purpura: L. Hel. 33, 3; — Cod. Theod., postt.

*bracarius* subst.: L. Al. 24, 5; — Cod. Iust. (cf. tamen Salm. ad Lampr. l. l.).

*buccellatum* (i. annona expeditionalis): Sp. Pesc. 10, 4, Vulc. Cass. 5, 2; — Amm., ICti (buccella Mart., Tert., freq. Vulg.).

*balnearis*: L. Al. 42, 1 et 4 *uestis*, Sp. Hadr. 17, 5 *iocus*; — Charis., Dig. (ceterum iam App. M. III, 12 'iussis balnearibus adsequi', — nisi legendum balnear*iis*).

*binarius*: L. Al. 39, 9 *formae* (sc. nummorum).

*blandulus*: Hadr. ap. Sp. Hadr. 25, 9.

*blatteus* (cf. blatta): V. Aur. 45, 5 et 46, 4.

*barrire*: Sp. Geta 5, 5 *elephanti barriunt*; — cf. P. Diac. p. 30, gloss., barritus App., Isid. Or.

* *barbarice* adu.: C. Ver. 10, 6 *barba b. demissa.*

*Calcaneum*: L. Hel. 20, 5 *comedit saepius calcanea camelorum*; — Hier. (Verg. Mor. 36 spurius habetur).

* *caldaria* subst. (i. calidum lauacrum): L. Hel. 24, 1 *caldarias de nardo exhibens*, Al. 30, 4; — adi. Vitr., Plin. *aes*, *cella*, neutr. subst. Vitr. Cels. Sen.

*cameratio*: Sp. Car. 9, 5; — sed concameratio Vitr., Plin.

*campagus* (genus calciamenti): C. Maximin. 28, 8, Tr. Gall. 16, 4; — ed. Diocl. IX, 11 'campagi mi(lita)res κομβαῶνες στρατιω(τικοί)'.

*campidoctor*: L. Al. 53, 9 *c. uestri hanc* (uocem) *uos docuerunt contra Sarmatas et Germanos .. emittere*; — Veg. r. m. I, 13, III, 6 et 8, cf. Leo Tact. 7.

*cancellarius* (i. „minister cancellos seruans“ Salm.): V. Car. 16, 3.

*capitum* (καπητόν): Aur. ap. V. Aur. 7, 7 *c. animalis non uendat*; — Amm. XXII, 4, 9 *pabula iumentorum quae uulgo capita dictitant*; cf. capitatio Cod. Th. VII, 4, 8 et 11.

*caracalla*: Sp. Car. 9, 8 (ipse Caracalli nomen accepit a uestimento, quod populo dederat, demisso usque ad talos,) *unde hodieque Antoninianae dicuntur caracallae huiusmodi*, *in usu* . . *plebis frequentatae*, L. Diad. 2, 8; Vict. all.; al. ed. Diocl., u. Mommsen p. 71.

*carpisclum*: V. Aur. 30, 4 *c. genus calciamenti esse satis notum est.*

*carrago*: Tr. Cl. 8, 2 *qui carraginem tantam*, *quantam numerus hic armatorum* (sc. Gothorum) *sibimet aptare potuit*, . . *incendi fecit*, ib. s. 5 et 6, 6, Gall. 13, 9, Valer. ap. V. Aur. 11, 6; – Amm.

*caucus*: Sp. Pesc. 10, 1 *in cauco argenteo bibere*, Valer. ap. Tr. Cl. 14, 4; — sed caucula App.

*censitio*: Sp. Pesc. 7, 9 *ut eorum c. leuaretur* rell.

*censualis* (sc. scriba): C. Gord. 12, 3; — C. Th. al., adi. ib., Dig.

*circumuentor*: L. Al. 66, 2 *amicos*, *non circumuentores sui habuit.*

*clibanarius*: L. Al. 56, 5 *cataphractarios*, *quos illi* (Persae) *clibanarios uocant*; – Amm. XVI, 10, 8, Eutr., adi. C. Theod. XIV, 17, 9 *scutarii clibanarii.*

*commanipulo*: Sp. Pesc. 10, 5, — et *commanipulatio*: ib.; — instar illius commanipularis (Tac.), commanipularius, commanipulus inscrr.

*condemnatio* (specialiter q. multa): L. Comm. 13, 8 *condemnationes in sinum uertisse dicuntur*, Al. 51, 6 *aut fustibus subiciebatur aut uirgis aut condemnationi aut*, *si haec transiret dignitas hominis*, *contumeliis*, ib. 19, 2; 21, 1; 42, 4; – ICti (cf. Cod. Th. XII, 7, 3), Ps. Ascon.

*coniuentia:* L. Al. 54 ex. *quod per coniuentiam* (tribunorum) *seditionem fecisset exercitus*, C. Gord. 23, 7; — Ps. Asc., Donat.

*constellatio:* Sp. Ver. Caes. 4, 5 (constellationem alicuius colligere, cf. Amm. XXIX, 2, 27), C. Gord. 20, 2; — Firm. math., all.

*constipatio:* V. Aur. 21, 1 *facta exercitus sui constipatione;* — Amm.

*conuiciolum:* L. Alex. 28, 7.

*coruscatio:* V. Car. 8, 3 *ingenti exorta tempestate immani coruscatione*, *immaniore tonitru*, et ib. s. 5; — Solin.

*cucutium* (t. uest.): Gallien. ap. Tr. Cl. 17, 7 *cucutia uillosa duo.*

*cura* masc.: Valer. ap. Tr. Cl. 14, 11 *curam praetorii unum.*

*cyprum:* Sp. Car. 9, 5 *ex aere uel cypro cancelli;* adi. *cypreus* Tr. Cl. 14, 5 *fibulam auream cum acu cyprea;* — Plin. cypr*i*us et abs. cyprium (sc. aes); Solin. 52, s. 55 sq. cyprum; Pall. cypreus, idemque et Veg. uet. cuprinus; cf. Ducang. gloss. s. cuprum.

*canosus:* Valer. ap. V. Prob. 5, 6 *mihi* (legio) *eo tempore credita est*, *quo et me canosum qui credebat uidit.*

*carrucarius:* C. Maxim. 30, 6 *mulio;* — adi. et subst. Dig.

*castrianus:* Aur. ap. V. Aur. 38, 4 *septem milibus* .. *et riparensium et castrianorum* (sc. militum) *interemptis;* — Cod. Th. VII, 1, l. ult.: *seu de comitatensibus legionibus*, *seu de ripariensibus*, *castricianis ceterisque* (Cod. Iust. XII, 36, 14 .. *seu de castris riparensibus*, *castrensianis ceterisque).*

*casuarius:* Sp. Hadr. 10, 1 *profectus in Gallias omnes casuariis liberalitatibus subleuauit.*

*cataphractarius:* V. Aur. 34, 4 c. *milites;* abs. L. Alex. 56, 5 et Dec. ap. Tr. Cl. 16, 2; — uett.: cataphrac*ti* equites, milites, et abs.

*cespiticius:* C. Ant. P. 5, 4 *murus*, id. Maxim. et Balbin. 11, 5 *arae*, V. Prob. 10, 5 *tribunal*, al.

*chrysografatus:* Valer. ap. Tr. Cl. 14, 5 *scuta.*

*clauatus:* L. Alex. 37, 2 *mantelia cocco clauata* (i. cocceis clauis intertexta), Vop. Tac. 11, 6 *auro clauatis uestibus*, id. Bonos. 15, 8 *tunicam a. cl.;* — clauatus = clauis confixus Plin., cf. P. Diac. p. 56 M.

*claustrarius:* L. Hel. 12, 2 *artifex.*

*coactiliarius:* C. Pert. 3, 3 *tabernam coactiliariam exercuerat* (codd. coactiliriam); — lanarius coactiliarius Or. inscr. 4206 = lanarius coactor Grut. inscr. 648, 3.

*cocceus* (= coccinus): V. Aur. 34, 2 *clamide coccea;* L. Alex. 42, 1 *lacernam cocceam.*

*codicillaris:* L. Alex. 49, 2 *pontificatus codicillares fecit;* — codicillar*iae* dignitates cod. Th.

*coloreus* (¿ colorius): V. Aur. 46, 4 *concessit ut blatteas matronae tunicas haberent, cum antea coloreas habuissent* (¿ = coloris naturalis, cf. Vlp. Dig. XXXII, l. 70, 12); — color*i*us Augustin. ap. Charis. I p. 104, Dig. XXXIV, 2, 32, 7; discolor*i*us Petr. 97.

*contemptibilis:* L. Alex. 20, 3 *molliorem tibi potestatem et contemptibiliorem imperii fecisti*, C. Gord. 23, 7; — Dig., eccl.

*corymbiatus:* Gallien. ap. Tr. Cl. 17, 5 *discum corymbiatum argenteum.*

*crustulatus:* Sp. Ver. 5, 4 *pernam crustulatam.*

*cypreus* u. cyprum.

*catomidiari:* u. 2.

*centesimare:* C. Macr. 12, 2 *milites aliquando centesimauit, quod uerbum proprium ipsius est.*

**congeste* adu.: C. Ant. Ph. 19, 12 *breuiter et c.*

**D***amalio* (δάμαλις): L. Alex. 22, 8.

*deambulatorium:* C. Gord. 32, 6.

*decennalia:* Tr. Gall. 21, 5 *d. Romae ab eodem celebrata, et post d. Gothos ab eo uictos;* — inscr.

*decimatio:* C. Macr. 12, 2.

*dextrocherium:* u. 2.

*direptus:* Sp. Seu. 19, 6 *direptui fuit.*

*doga:* V. Aur. 48, 2 *facta erat ratio dogae cuparum nauium et operum.* Cf. Dietz Gramm. d. roman. Sprachen, ed. 2, t. I, p. 15.

*draconarius:* V. Aur. 31, 7 *aquiliferi legionis tertiae cum uexilliferis et draconario* etc.; — Veg., Amm.

*dromeda:* u. 2.

*drungus:* V. Prob. 19, 2 *triumphauit de Germanis et Blemmyis, omnium gentium drungos usque ad quinquagenos homines ante triumphum duxit:* — Veg. r. m. III, 16 *scire dux debet, contra quos drungos, hoc est globos hostium, quos equites oporteat poni;* ad q. l. cf. Schwebel.

**dulcia*, orum: V. Tac. 6, 5 *dulcia et circuli*, L. Hel. 27, 3 et 32, 4 *de dulciis;* — Prud.

>—*Daciscus* i. Dacicus (quod exstat Sp. Hadr. 3) et abs. i. q. Dacus: Aurel. ap. Vop. Aur. 38, 4 *Dacisci**), — et inclinatum inde *Dacisciantus* Gallien. ap. Tr. Cl. 17, 3 *milites D.*

*Dalmatensis:* Tr. Cl. 17, 7 *singiliones D. decem.*

*dalmaticatus:* L. Comm. 8, 8, Hel. 26, 2; — dalmatica uestis Isid., abs. dalmatica Greg. M., cf. C. Pert. 8, 2 *lacernas chiridotas Dalmatarum.* Ceterum cf. ed. Diocl. XVII et Momms. p. 71.

*damnabilis:* Tr. xxx, 17, 1 *inuidia;* — C. Theod. XI, 30, 8 al., et all.

*diloris:* u. 2 (in hibridis).

---

*) Parile esse uidetur *Thraciscus* pro Thracicus (*Thraecicus*) C. Maximin. 3 3 *quid uis, Thracisce?* Et haec quidem duo nostris accepta referimus antiquissima fere specimina certiora suffixi quod est —icus in adiectiuis gentiliciis latinis siue turgescentis in —*iscus* siue extraneo quodam exemplo permutati. Nisi forte et tertium erui licet e dicterio Aureliani ap. V. Aur. 30, 4 intexto (*cum illum Carpicum senatus uocasset, mandasse fertur: „superest ut me etiam Carpisclum uocetis"; carpisculum enim genus calciamenti..*), — ut nimirum pro carpicus quoque carpiscus dici solitum coniciamus, ipsosque adeo Carpos, transdanuuianam nationem, haud longe dissitam Dacis, Carpiscos uulgo appellatos esse. Certe eodem tractu terrarum Celticas gentes nouimus Scordiscos (a Scordo monte dictos), Tauriscos, Arauiscos, Pannoniam tunc incolentes. Cf. Zeuss: Die Deutschen p. 239, Gramm. Celt. p. 775. Equos Hunniscos Veget. uet. identidem dicit IV, 6 et 7, idem ib. (6) Phrygiscos. Jam pro Francicus inualuisse constat Franciscus, ipsique Franci Gallicani nomen habuere Francisci (Φραντζίσκοι); unde est Français: Einhard. u. Car. 23 *uestitu patrio id est Francisco utebatur,* — sed iam Isid, or. XVIII, 6 auctor est, franciscas uocari dicens secures consulares 'ab usu Francorum'. Cf. Grimm Deutsche Gramm. t. I ed. 3, p. 14, et Ducang. gloss. s. u., qui alia in —iscus contulit mediaeualia, ut Theotiscus (quod quin germanica e lingua fluxisse putetur, non equidem repugno), Graeciscus, all.

*ducalis:* V. Aur. 13, 3 *tunicas russas ducales;* — adu. Sidon.

*dignanter:* V. Tac. 8, 4 *loquentem d. audite;* — Hier., Symm., dignantissime It. Alex. 24; indignanter Arn., Amm.

E*pigrammatarius* subst.: Vop. Tac. 16, 3, Sat. 7, 4.

*excaldatio:* plur. C. Alb. 5, 7, et figurate, ut uidetur, Vulc. Cass. 5, 11, — it. *excaldare* Vulc. c. l., 5; — uerbum comparet ap. Apic., e. c. IV, 137 *caseum mollem excaldatum.*

*effrons:* V. Car. 13, 1 *consilii semper alti, nonnunquam tamen effrontis.*

*electrinus:* Tr. xxx, 14, 5 *pateram electrinam,* — et

*electrus:* L. Alex. 25, 9 *electros* (sc. nummos) *aliquantos, sed plurimos aureos;* — illud Paul. Dig. XXXIV, 2, 32, 5 *Neratius Proculum refert ita respondisse, uasis electrinis legatis nihil interesse, quantum ea uasa argenti aut electri habeant.*

*Europensis:* Vop. Prob. 13, 4 *exercitus,* Aur. 31, 1 *res.*

*expeditionalis:* Sp. Pesc. 10, 1 *argentum summoueri de usu exp.;* — Amm., ICti.

*exsuperatorius:* L. Comm. 11, 8 *pro Nouembri Exsnperatorium,* cf. 12, 4.

*extramuranus:* L. Hel. 27, 7; — cf. intramuranus infra, antemuranus Amm. XXI, 12, 13, circummuranus id. XIV, 6, 4 al.

*effecundare:* u. fecundare.

*effrondescere:* V. Prob. 19, 3 *circus ad siluae consitus speciem gratia noui uiroris effronduit.*

*epitomare:* Tr. xxx, 30, 22 *ut eam historiam epitomasse dicatur;* — Veg. r. m. I, 8 ex. *horum quae dispersa sunt uelut in ordinem epitomata conscribo.*

*excaldare:* u. excaldatio.

F*abatarium* subst.: L. Hel. 20, 7 *plenis fabatariis et discis.*

*famulicium* subst. coll.: Sp. Seu. 6, 3 *occurrente famulicio aulico*, C. Pert. 11, 6 *cum aulicum f. ordinaret;* — Macr., Mart. Cap.

*faselaris:* L. Hel. 20, 7 neutr. pl. abs.

*flacculus:* Tr. Gall. 8, 3 *flacculis non ueritate* (h. e. non ueritate pugillorum, uid. caestibus) *pugillantes*, cf. Salm. ad. l.

**fossatum* subst.: C. Gord. 28, 3 *fossata castrorum;* — Veg. r. m. IV, 6 in., Pall., C. Theod., fossat*us* Innoc. Grom. ed. Lachm. 335, 12 et 347.

*fiblatorius:* Tr. xxx, 10, 12 *saga.*

**fibulatus* adi.: V. Prob. 4, 5 *pallia;* — fibulare Col.

*Francicus:* Tr. Gall. 7, 1 *auxilia*, V. Prob. 11, 9 (cogn. Probo delatum).

*fecundare:* Hadr. ap. V. Sat. 8, 9, V. Prob. 15, 6 (Verg. Georg. IV, 291 spurius habetur), — et *effecundare* V. Prob. 21, 2; — fecundatus Alc. Auit. ep. 2.

**festino* adu.: C. Alb. 6, 6 *quod ad exercitum f. mitteretur;* — adi. festinus Verg., Ou., postt. poett., App., Amm.

G*raecostadium:* u. 2 (hibr.).

*geniatus:* C. Ver. 10, 6 *uultu geniatus* (i. gratus gloss.); — freq. Cassiod., cf. Ducang. s. u.; sim. App. M. XI, 14 ex. *uultu geniali et perhumano*, et tali sensu Amm. saepius genialis, genialiter, genialitas.

*genitalicius:* C. Pert. 15, 5 *ludi.*

*Gothicus:* Sp. Geta 6, 6, Tr. xxx, 30, 3, V. Prob. 11, 9 et passim (gens, bella etc.).

*gratulatorius:* C. Max. Balb. 17, 1 *epistula.*

*gypseus:* Sp. Seu. 22, 3 *tres Victoriotae g.;* — Hieron.

**gladiatorie:* L. Comm. 15, 4 *quae gl. faceret.*

*grammaticaliter:* Tr. xxx, 10, 5 *coepit quasi gr. declinare rex regis regi;* — adi. Sidon.

*gratanter:* gr. accipere C. Macr. 7, 1, Maxim. 14, 4, Gord. 9, 7, Tr. Val. 2, 1, Gall. 12, 1, xxx, 3, 4; — Vict. ep. 12, 3 *exceptus*, Amm., Symm., C. Theod.; cf. laetanter (contr. Cass. Var. IV, 5 grauanter suscipere).

H*onorificentia:* C. Ant. Ph. 10, 2 *in senatus honorificentiam*, Ver. 3, 4 *ea h. caruit qua Marcus ornabatur*, ib. s. 5, Sp. Seu. 4, 1 *Gallis ob seueritatem et honorificentiam et abstinentiam dilectus est*, L. Alex. 2, 4 *cuncta insignia et*

*honorificentiae genera simul recepit*, V. Aur. 25 ex. *Soli templum posuit maiore honorificentia consecratum;* — cf. Symm. ep. VI, 35, 36, VII, 76, honorificare Lact., Aug., all.

*herbaticus:* V. Prob 19, 4 *h. animalia.*

*Herculianus:* Tr. Cl. 14, 6 *lanceae.*

*histrionicus:* C. Ver. 8 ex. *bellum non Parthicum sed histrionicum*, et *histrionica* abs. (sc. ars) L. Hel. 12, 1; — Amm. XIV, 6, 18, Dig.

* *honorabiliter:* C. Macr. 5, 3 *ut Antoninum h. sepeliret.*

*Illatio:* Valer. ap. V. Aur. 9, 2 *illationes prouinciarum* (q. tributa); — Cassiod.

*impostura:* Tr. Gall. 12, 5 *imposturam fecit et passus est;* — Vlp. Dig.; etiam impostor serotinum est, sed imponere alicui q. fallere, ut L. Al. 29, 6, iam uett.

*inhiatio:* Tr. Gall. 9, 5 *uniuscuiusque uultum mira inhiatione mirantes;* — C. Theod.

* *initialia* (τελετή): C. Ant. Ph. 27, 1 *Athenis initialia Cereris adit;* — adi. App.; Amm., Grom.

*institutor:* q. informator Tr. xxx, 3, 1 *ut filium eidem crederet quasi morum et actuum imperialium institutori*, L. Comm. 1, 7; — Pacat.; ceterum sim. iam Tert. spect. 2 deum dicens hominis institutorem, a quo desciuit ille in peruersitatem; = conditor Amm.

*insuetudo:* Sp. Seu. 16, 2 *cibi.*

*insusurratio:* C. Ant. Ph. 19, 11.

*intimator*: C. Pert. 10, 9 *eum uelut stultum intimatorem nonnullarum rerum reprehendebat.*

¿*iocatus:* V. Aur. 23, 3 *iocatum principis quo praeda negabatur ciuitas seruabatur exercitus ita quasi ditaretur accepit* (iocatio Cic.). Codd. *uocatum;* cf. Salm. ad l.

*Illyricianus*: Sp. Seu. 5, 3, V. Prob. 6, 2, Aur. 17, 3 *exercitus*, ib. 13, 1 *limes*, Tr. Cl. 14, 2 *gentis*, V. Car. 4, 2 *parentibus*, Tr. Cl. 17, 6 *paenula;* — C. Theod.*)

*imperialis:* C. Ant. Ph. 17, 4 *ornamentorum imperialium*, L. Al. 48, 2, Tr. xxx, 30, 2, C. Pert. 13, 1 *omnia imperialia horruit*, Alb. 2, 5 *imp. maiestas*, Sp. Geta 2, 7 *nihil imp. in genitura uideo*, V. Aur. 26, 2 *pudor*, L. Al. 11, 3 *nomen;* — Amm., Vict., freq. C. Theod.

¿*incogitatus* act.: L. Alex. 16, 2 *ne incogitati dicere cogerentur de rebus ingentibus* (nempe Plaut. Bacch. 612 in-

*) Cf. superius 'Dacíscianus', inferius 'urbanicianus'. Sunt haec, quemadmadmodum 'publicanus' e 'publicus', punicanus, paragoga ex adiectiuis in —icus, deriuatis a nominibus localibus, prouinciarum praecipue. Alia eiusdem figurae sunt apud nostros, sed quae anteriorum non careant exemplo: *Gallicanus*, Sp. Seu. 5, 3 *exercitus*, V. Aur. 7, 1 *legio*, id. Car. 2, 5 *bellum*, 7, 2 *imperium*, Prob. 15, 6 *rura*, Tr. xxx, 29, 1 *partes*, ib. 3, 6 *populi*, L. Alex. 59, 5 *mentes*, V. Aur. 44, 4 *Dryades*, (Cic. legiones, ager, Varro, all.); — *Germanicianus* (u. III, 1). Posteriorum sunt int. cet. *Asiaticianus* Not. Dign. (sc. milites), inscr. (scenici), *Britannicianus* inscr. (negotiator), *Italicianus*, *Pannonicianus* Not. Dign., *castricianus* C. Theod. (u. supra s. u. castrianus), sim. *Thrace(n)sianus* Hist. misc. 24, 56 *milites*. Olim obseruatum est, adiectiua hunc in modum inclinata militaribus praecipue uocabulis, ut exercitus legio, solere apponi. Sed neque haec paragoga solis militaribus, ut exemplis allatis demonstratur, sed aliis quoque substantiuis, et simplicia in —icus haud secus militaribus nominibus apponuntur, ut ap. nostros: Arabica legio Sp. Seu. 12, 6, Aegyptiacus exercitus Tr. xxx, 22, 5 al., Bithynicos exercitus C. Alb. 6, 2, *Germanicus* ex. Sp. Seu. 4, 5, *Illyrici* ex. Sp. Iul. 5, 1, Italicus ex. V. Prob. 10, 3 al., Scythica legio Sp. Seu. 3, 6, Thracici ex. V. Aur. 17, 3, et. h. g. all. — Inuersa paragoge, ut uidetur, *Graecanicus:* Vulc. Cass. 5, 10 *milites*, C. Pert. 8, 2 *clamydes* (Varro, Plin., all.), paganicus (Varro, all.).

cogitatus uidetur esse = ἀβίαστος, qui se cogitari h. e. cogi non patitur, cl. Mil. gl. 200 'curas cogitans, ..cor credo euocaturust foras', cf. Treb. Gall. 14, 8; ceterum adu. cogitate Plaut. Mil. 936, Trin. 327).

*indonatus:* L. Hel. 28, 6 *nec quenquam indonatum relinquebat.*

*innobilitatus:* L. Hel. 4, 3 *ne innobilitatae remanerent.*

*interamnanus:* L. Alex. 56, 6 *terras interamnanas, Mesopotamiae scilicet;* — Solin., Jul. Val.

*intramuranus:* Aur. ap. V. Aur. 38, 3 *seditio intramurana*, L. Hel. 27, 7; — Amm., Ps. Asc., It. Alex. 116. Cf. extramuranus supra.

*itinerarius:* L. Comm. 9, 1 *sumptus*, Alex. 27, 4 *uestimenti genus;* — neutr. subst. Veg. r. m., Amm.

**ingeniculare* intr.: L. Hel. 5, 4; — se ing. Hyg., part. perf. Vitr.

*interuigilare:* L. Alex. 61, 3 *solo imperatore interuigilante uisus est.*

**imperatorie:* Tr. Cl. 6, 2 *se ad id bellum i. instruit.*

**indefesse:* Sp. Ver. 5, 10; — Auson.

**indiscrete:* Sp. Pesc. 3, 1 *cum i. subsellia circi repleta essent;* — Amm.; cf. Sp. Jul. 4, 7 *occupatis indifferenter omnium subselliis.*

**infamissime:* C. Pert. 13, 8 *Cornificiam i. dicitur dilexisse.*

*Lararium:* C. Ant. Ph. 3, 5 *ut imagines eorum aureas in larario haberet*, L. Alex. 29, 2 et 31, 4, V. Tac. 17, 4.

*largitionalis* subst.: V. Car. 20, 2 *quidam largitionalis suus;* — adi. C. Theod. *officiales.*

*laticlauus* (an laticlauium?): L. Comm. 4, 7 *per laticlaui honorem;* — C. Theod. VI, 4, 17 *ad laticlauum atque insignia procedere;* sed laticlauium Gai. Dig., gl. Philox. Cf. laticlauia subst. L. Al. 21, 4.

*linifio:* u. 2.

*linteamen:* L. Hel. 26, 1 *l. lotum nunquam attigit*, Alex. 40, 10 *boni l. adpetitor fuit*, C. Alb. 4, 6 *ita candidus toto corpore, ut l., quo exceptus est, uinceret;* — App. Met. XI, 10, Hier., Sulp. Seu., C. Aur., saepe Vulg.

*liquatio:* V. Aur. 46, 1 *aurum per liquationum usus perire.*

* *lupinarius* subst. L. Al. 33, 2; — adi. Cato.

*lanestris:* V. Aur. 29, 1 *pallium.*

*lectualis:* Sp. Hadr. 23, 1 *morbus;* — lectuarius Non. p. 368 (Gerl. et Roth) *quod nunc lectuariam sindonem dicimus.*

*legatorius* (?): L. Alex. 24, 1 *prouincias legatorias praesidiales plurimas fecit, proconsulares ex senatus uoluntate ordinauit;* — sed codd. (et Bamberg. et Palat.) 'prouinciale gotorias', et in Pal. a tertia manu 'praetorias', quod mallem; sic et Cic. Att. XV, 9, 1 codd. plurimi monstrum uocabuli *legatoriam* (prouinciam) praebent, recte tamen Or. unius lectionem *locatoriam* praetulit.

*limbatus:* Gall. ap. Tr. Cl. 17, 6 *clamydes.*

*limitaneus:* Sp. Pesc. 7, 7 sc. milites, V. Prob. 14, 7 *militibus*, L. Al. 58, 4 *ducibus et militibus*, C. Gord. 28, 2 *ciuitas;* — C. Theod. VIII, 4, 17 *milites*, al.

*ludiarius:* Tr. Gall. 3, 7 *l. uenationem dedit.*

> *luscinius:* L. Comm. 10, 6 *luscinios eos quibus singulos tulisset oculos appellabat;* — luscinus antt. i. q. luscus.

*leuiginare:* C. Pert. 8, 5 *deuellendis hominibus ac leuiginandis* (codd. libiginandis, em. Salm.; lēuigare Col., Plin., Gell., Macr.).*)

*laetanter:* L. Comm. 5, 3 *quod laetanter accepit.*

* *lenonie:* L. Comm. 15, 4 *quae l. faceret.*

* *locupletissime:* Sp. Hadr. 3, 3 *l. muneratus;* — Vict.

> *Macera* (machaera): C. Pert. 8, 4.

*mansuetarius* subst.: L. Hel. 21, 1; — Firm. m.

* *meritorium* subst.: V. Tac. 10, 2 *meritoria intra urbem stare uetuit*, Sp. Pesc. 3, 10 *milites .. habent pro cubiculis meritoria;* — Firm. m., Amm.; adi., significatione congrua, Cic. *pueri*, Suet. *scorta.*

---

*) Videtur leuig*in*are exoleuisse e leuigare simili modo ac frūn(isc)i e frůi, lurc*in*ari (lurchinabundus Cato ap. Quint. I, 6, 42) e lurcare, la(n)c*in*are e lacere (lacinia, lacer), (ob-, de-)stinare e stare, natinare e nauare, et recentioris auctoritatis euaginari (euaginatio Arn. I, 50) cx euagari, paginare (paginatus) et compaginare e compingere, quae formae auctiores, siue intercedente quodam nomine uerbali (pagina, destina, dominus) affiguratae, seu directim e uerbis primitiuis epenthesi -in- syllabae adultae, — non tam crebrandi actus (ut ea quae -it- interfixa euadunt frequentatiua), quam intendendi uidentur esse. Frequentatiuis ordinariis in —tare (—sare) consimili ratione figurae iuncta quodammodo esse dixerim etiam alia genera adauctorum per epenthesin, ueluti *a)* -ic- interfixa fellicare Solin. 45, 17, Arn. II, 39 (fellitare?), mordicare (mordicans Coel. Aur., adi. praemordicus Hier.), nigricare, ¿ uariegare, quae uerba, quod ad sensum attinet, proprie haud scio an tenacioris cuiusdam sint *in* act*um* intentionis, — et *b)* alia intensiua in —ilare, — (i)c$^{u}_{i}$lare, ut concip-il-are, fiss-icul-are, fo-culare u. focillare, pensiculare.

*monetarius* subst.: V. Aur. 38, 3; — Vict., inscr.

*magistralis:* V. Sat. 10, 4 *pergulas m.*, Tac. 6, 6 *uirgarum m. ictibus subiacere.*

*mantuelis:* Tr. Cl. 17, 6 *clamydem Dardanicam mantuelem.*

*mastichatus:* L. Hel. 19, 4 *mastichatum* sc. uinum (= conditum mastice C. Gord. 19, 1).

*mensalis:* V. Aur. 9, 6 *uinum*, Tac. 10, 6 *argentum;* — Diom.

*miliarensis:* V. Aur. 49, 1 *porticus;* — inscr. Cf. p. 18* ann.

*mimarius:* C. Ver. 8, 11 *scurras mimarios* (cf. C. Maxim. 9, 5, V. Aur. 42, 5 *mimicus scurra*); — mimarius subst. Junior orb. descr. ap. Mai class. auct. t. III, p. 396, inscr.

*monoloris:* u. 2 (hibr.).

*mulierarius:* Atherianus ap. Tr. xxx, 6, 7 *cupiditas mulierariae uoluptatis*, abs. C. Alb. 11, 7 *fuit m. inter primos amatores;* — muliercularius C. Theod., cf. femellarius Isid., puerarius gl. Cyr. et Philox. Alia significatione mulierarius Cic. p. Coel. 28, 66.

*mulionicus:* L. Hel. 32, 9 *tectus cucullione mulionico*, cf. Prisc. inst. gramm. II, 43; ed. Diocl. X, 18 *flagellum;* mulionius Cic.

*minarrire:* Sp. Geta 5, 5 *palumbes minarriunt* (uulgo et forsan rectius: minurriunt, cf. Jord. ad l.).

N*ana:* L. Alex. 34, 2 *nanos et nanas.*

¿*natio* i. natatio: Tr. Gall. 17, 8 (cum iret ad hortos, omnia palatina officia sequebantur..) *adhibebanturque et conuiuiis et nationibus . lauabant simul cum principe .* (admittebantur saepe et mulieres, cum ipso pulchrae puellae, cum illis anus deformes).

*necator:* L. Comm. 18, 13; — Macr., necatrix Aug.

*negotiatorius:* L. Alex. 32 ex. *aurum*, V. Firm. 3, 3 *naues.*

*nudulus:* Hadr. ap. Sp. Hadr. 25, 9.

> *nimie:* Sp. Hadr. 21, 9, C. Gord. 6, 2; — Pall., Macr.

*Obtunsio:* L. Comm. 10, 4 plur.

*officialis* subst.: Sp. Car. 6, 7 *non ignorantibus plerisque officialium;* — App., Tert., ICti (etiam adi.), inscr.

*octominutalis:* L. Alex. 22, 8.

> *onychus:* L. Hel. 32, 2 *in myrrinis et onychis* (sc. uasculis); — onychinus Col., Plin., all.

*ostensionalis:* L. Al. 33, 3 *milites quos ostensionales uocant.*

*obstuprare:* L. Comm. 3, 4 *quasi obstupratus.*

> *optate:* L. Al. 58, 1 *cum etiam de Isauria optate uenisset;* — uulgo optato.

*Pabillus:* L. Hel. 29, 2 *iunxit mulieres ad pabillum et sic uectatus est* (pabo uehiculum unius rotae gloss.).

*papilio* (pavillon): Sp. Pesc. 11, 1 *cibum sumpsit ante papilionem*, L. Alex. 51, 5 *apertis papilionibus prandit atque coenauit*, Tr. xxx, 16, 1 *sigillata tentoria et aurati papiliones;* — Veg. r. m. 1, 3 al., Is. or. XV, 10, 3; — papilio i. insectum uolatile uett.

*paragaude:* V. Aur. 46, 6 *paragaudas uestes*, Tr. Cl. 17, 6 *paragaudem unam;* — C. Theod. X, 21, 1. 2, cf. Mommsen ad ed. Diocl. addit. p. 88. Inde adi. *paragaudius:* V. Prob. 4, 5 *interulas paragaudias.*

*parentela:* C. Gord. 23, 6 *quem dignum parentela sua putauit.*

*participatio:* Sp. Jul. 6 ex. *imperii;* — August., C. Theod. VII, 18, 4, et

*participatus:* Tr. xxx, 6, 1 *in participatum uocauit imperii*, Sp. Pesc. 5, 6 *ad p. imperii Seuerum uocans*, id. Seu. 8, 14 *cum Seuerum ad participatum* (sc. imperii) *uocaret*, C. Macr. 5, 1 *arripuit imp. filio in p. adscito*, Vulc. Cass. 7, 4 *qui consenserat spe participatus Cassio*, C. Maxim. 8, 1, Tr. xxx, 6, 1 al.; — C. Theod. 22, 3 *p. atque consilium inire* (in contrahendis nuptiis incestis).*)

*persecutor:* C. Alb. 11, 7 *flagitiorum;* — sic Dig., eccl., — al. C. Maximin. 27, 7 *ut Cordus loquitur, harum rerum*

*) Participare aliquid cum aliquo saepius nostri, ut L. Comm. 4, 3 *causam*, Sp. Hadr. 26, 3 *uenationem*, C. Pert. 13, 2 *sermonem*, Tr. Gall. 12, 1 *Odenatum participato imperio Augustum uocauit*, — auctoribes tamen iam aliis, ut Liu., Just. (aliquem alicuius rei: Plaut., aliqua re: Lucr. III, 686, postea C. Theod., Sulp. Seu. chr. II, 1, 3 al.).

*persecutor* (exsecutor Suet., exsecutio Dig., — insecutor, insecutio App.).

*phalangarius:* L. Alex. 50, 5 *fecerat phalangem XXX milium hominum, quos phalangarios uocari iusserat;* — inscr.

*phallouitrobulus:* u. 2 (hibr.).

*pincerna:* L. Alex. 41, 3 *pistores et pincernae;* — Ps. Ascon., Acro, Hier., Vulg.

*pipio:* L. Alex. 41 ex. *palumborum habuisse ut ad XX milia dicitur*, et .. *seruos habuit, qui eos ex ouis ac pullicenis ac pipionibus alerent;* — pipio, pipiunculus gloss. (hinc. it. pippione, piccione, gall. pigeon).

*popinarius:* L. Hel. 30, 1, Alex. 49, 6.

>- *porcellulus:* L. Alex. 41, 5.

*praepositura:* L. Hel. 6, 2 *militares pr.*, Gord. ap. C. Gord. 24, 3 *praepositurae militum*, L. Alex. 46, 4 *locorum ciuilium non militum*, al.; — C. Theod., in quo int. cet. praep. annonarum.

*praesidatus:* Tr. xxx, 24, 1 *praesidatum in Gallia regentem*, V. Car. 17, 6 *pr. Dalmatiae administrabat;* — Vict., Aus., C. Theod., Dig.

*promotio:* L. Diad. 2, 1 *habete, commilitones, pro imperio aureos ternos .. et solitas promotiones sed geminatas;* — Ps. Asc., C. Theod. Idem est prouectio Lact., C. Theod.[**])

---

[*]) Cf. *promouere* alqm *a)* ad, in aliquid (h. e. ampliorem quendam gradum), ut C. Ant. Ph. 29, 1 *ad uarios honores*, — *b)* c. acc. praed. effectiui, ut L. Al. 42, 4 *iudices cum promoueret* (h. e. cum aliquibus committeret honores cum potestate iuris dicundi), Veg. r. m. II, 8 *consuetudo tenuit ut ex primo principe promoueretur centurio primi pili* (quemadmodum syn. 'prouehere' Amm. XXVI, 5, 2 *quem militiae rectorem prouexerat*, .. *Lupicinus pari modo prouectus magister equitum*, cf. Vict. ep. 35, 7), — *c)* abs. (h. e. non addito, ad quid), ut C. Ant. Ph. 6, 7

*protector* i. satelles u. stipator principis: Sp. Carac. 5, 8 et 7, 1 *occisus est cum inter protectores suos, coniuratos caedis, ageret,* C. Maxim. 14, 4 al.; — Amm. XIV, 10, 2 *pr. domesticus,* al., C. Theod., in quo de protectoribus principum est VI, tit. 23, all. deinde*); etiam latiore significatu, ut protector fidei, uocabulum sero comparet, apud eccl.

*pullicenus* (gall. poussin): L. Alex. 41 ex. (u. pipio).**)

*puritas:* C. Ver. 3, 7 *uiuendi;* — Amm., Pall., Macr., all., impuritas u. III, 1.

*paenuleus:* L. Diad. 2, 8.

> *Pannoniacus:* Sp. Seu. 10, 7 *augures.*

*paragaudius:* u. paragaude.

*passarius:* C. Alb. 11, 3 *ficus passarias, quas Graeci callistruthias uocant.*

*pellicius:* L. Hel. 4, 4 *quae sella ueheretur et utrum*

---

*ut nunquam quenquam sine eo facile promouerit,* L. Comm. 11, 2, Al. 21, 8, Veg. r. m. II, 3, 7, partim hoc quidem ita, ut subaudiendum esse uideatur aut 'ad amplissimos quosque honores', ut L. Hel. 20, 3, Al. 34, 3, aut specialiter 'ad ducatum militarem uel praesidatum', ut Tr. xxx, 10, 14 (eodem modo abs. 'prouehere' et C. Ant. P. 5, 3 et alii; cf. 'subuehere' C. Max. Balb. 5, 5).

*) Item satellites sed inferioris loci sunt qui dicuntur scurrae L. Alex. 61, 3 *unus ex Germanis qui scurrarum officium sustinebat,* 62, 5, Hel. 33, 7, Tr. xxx, 30, 26, ad q. l. u. Salm.

**) Suffixum —*ēnus* nouum est in deminutiuis latinis, perinde habendum ut —inus, quemadmodum — ellus perinde ut —illus (scabellum, scabillum), —cellus ut —cillus (floscellus, penicillus, auicella, auricilla). De terminatione deminutiua in —*īnus,* graeca magis quam latina, ceterum non modo in latinianis linguis perquam frequentata (it. donna donnina, giovine giovinino) sed in Latinitate etiam medii aeui obuia (casina, uallina all. Dietz Gramm. d. roman. Sprachen ed. 2 t. II p. 315), — u. Schwabe De deminutiuis graecis et latinis Gissae 1859 p. 57, qui et e gloss. Diefenb. „nuga *nugina* nugella" attulit et in Romanis adeo posteriorum temporum inscriptionibus uestigia huius figurae monstrauit.

*pellicia an ossea* etc.; — Paul. Dig. XXXIV, 2, 24 *tunicas et stragula pellicia*, Pall.

*penteloris:* u. 2 (hibr.).

*perfriuolus:* V. Aur. 6, 6 *haec uideo esse perfriuola, sed.. tacenda esse non credidi.*

*persciens:* L. Comm. 5, 2 *Perennis Commodi persciens.*

*pertepidus:* V. Car. 17, 5 *aqua.*

*perturbidus:* V. Sat. 7, 3 *ciuitatem**).

*pompabilis*: Tr. xxx, 30, 24 *ducta est per triumphum*

---

*) Praeter haec nouicia alia quoque adiectiua superlatiua per-praefixa nostri usurpant, ut peradulescens (u. III, 1), periucundus, permodicus (u. III, 1), pernobilis L. Al. 41, 2 *matronae* (Cic.; Vict.), perparuus Vulc. Cass. 4, 6, perrarus L. Alex. 21, 1 (Liu., Plin.), pertenuis C. Alb. 4, 3 *patrimonium.* Alia huius figurae, quae per seriores innotescunt, sunt: percultor Vict. Caes. 1, 5 *doctorum;* perdocilis Ps. Juuenc., gloss., perfalsus Boeth.; perfortis id., performidolosus Vict. Caes. 4, 9; perimmensus Ennod.; perinanis Augustin.; perpinguis It. Alex.; persenilis Vulg.; peruacuus Boeth., gl.; peruiolentus Cassiod., all. De uerbis eodem sensu per praepositione auctis infra p. 27 sq. aliquid annotauimus. Alius figurae superlatiuae, quae fit prae uel uerbis uel in adiectiuis praefixa, exempla nostri nec noua praebent et pauciora: praefulgere Tr. Gall. 8, 2, praepollere (III, 1), — praeproperus V. Tac. 6, 2 *nihil ab hoc praeproperum formidandum est,* praetrepidus (III, 1). Talia tamen, cum iam ueteres quaedam usurpauerint metaphora procliuiore, ut praeclarus, praealtus, praegestire, plurima postcaesareanus loquendi usus uel affinxit uel praetentata poetis frequentauit. Eorum quae argentea aetate inde a Liuio in usu fuere adiectiua, ut praemollis Plin., praelautus Suet., uel etiam ante poetae praeiuerant, ut praegrandis Pacuu., Plin., Suet., praepinguis Verg., Plin., praenubilus Ouid., exempla praesto habui amplius triginta, quibus accedunt uerba praefurere, praeualere. Nec minor est numerus eorum, quae postantoniniani scriptores habent noue, ut: praeblandus Juuenc., praecluis M. Cap, praedifficilis, praedigestus, praedirus, praefertilis, praefulgidus, praegloriosus, praeliber, praelicenter Gell., praelubricus, praemitis, praenimis Gell., praenobilis, praeopimus, praeparuus, praepulcher, praerutilus, praesauciatus, praescatens Gell., praesiccus, praesolidus, praestultus, praestupidus, praetimidus, praetorridus, praetumidus; praecalefacere, praeclarere, praecluere, praecrudescere, praepati, praetardare, praeuigilare August., praeuincere. Etiam ex-praefixa huiusmodi quaedam apud recentiores inueniuntur, ut: exaceruans Amm. (exaceruantia in se tela declinans), expallidus; minus dure exabusus Amm. (temporis spatio), exaridus Tert., — item super-praefixa, ut superoptare Hilar., supersperare eccl., supersumere Plin. Valer.

*ea specie, ut nihil pompabilius p. R. uideretur;* adu. id. Gall. 8, 3 *MCC gladiatores pompabiliter ornati cum auratis uestibus matronarum.*

*pompalis*: C. Gord. 6, 1 *erat pompali uultu;* — cf. pompalitas Prisc.

*praesidalis*: Tr. xxx, 24, 4 *iure pr. Gallias rexerat*, — et *praesid*i*alis*: L. Alex. 24, 1 *prouincias .. praesidiales fecit;* — illa forma Codd. Theod. et Just. aliquoties, adu. praesid*i*aliter Is. Or. IX, 3, 28.

*praesidiarius* (= praesidalis): Sp. Seu. 1, 7 *toga;* — praesidiarius a praesidium Liu. *milites*, et sic. abs. praesidiarii V. Aur. 6, 3.

*prominulus*: C. Pert. 12, 1 *uenter;* — Solin., Amm.

*pudibilis*: L. Hel. 12, 2 *p. membra* (quae L. Hel. 5, 4, ut uulgo, pudenda, alias, ut L. Comm. 10, 8, uerenda, ut ap. Plinios all., — L. Hel. 7, 2, Sp. Hadr. 14, 2 genitalia dicuntur).

*puleiatus*: abs. L. Hel. 19, 4 *puleiatum* sc. uinum.

*pariare:* L. Alex. 49, 1 *non patior mercatores potestatum, quos, si pariant, damnare non possim* (= si idem faciunt, h. e. uenalem iuris dictionem habent); — Tert., ICti.

*perurgere:* Sp. Seu. 23, 6 *cum uideret se perurgeri*, 8, 7, Pesc. 5, 4 *fame populum R.*, C. Gord. 16, 2, Max. Balb. 2, 2, Tr. Gall. 5, 6, xxx, 29, 4, ib. 33 ex. et saepius; — Vict. ep. 41, 2, Amm., C. Theod., postt. (e Suet. Tib. 25 nunc expulsum est).*)

---

*) Verbis quoque eodem modo quo adiectiuis (quae p. 26 ann. attigimus) pe-reparpositionem ad augendam uim (actus nimirum, non, quod procliuius, effecti) im

*popinari:* Tr. xxx, 29, 1.

*proserere*, se: trnsl. C. Macr. 12, 9 *cum fauor publicus in Diadumenum se proseruisset;* — pr. Sil., Auien.

>— *Quinquelibris*: V. Prob. 5, 1 *patera;* — quinquelibralis Col.

**Rationalis* subst. i. officialis a rationibus s. procurator: L. Alex. 45, 6 *procurator id est rationalis*, Comm. ap. C. Alb. 2, 4, Vop. Aur. 38, 2, cl. 3, C. Maximin. 14, 1, Gord. 7, 2; — C. Theod., inscr.

*rebellio* masc.: Faustina ap. Vulc. Cass. 9, 11 *istos rebelliones*, C. Ant. Ph. 29, 4, Tr. Gall. 19, 6 (cf. rebellis subst. id. xxx, 26, 1).

**regesta* = catalogi uel codices, qui singulis officiis erant, in quos quidquid actum esset referretur s. regereretur per regerendarios s. regendarios: Vop. Prob. 2, 1 *usus etiam regestis scribarum porticus Porphyreticae;* — Prud. Perist. X, 1131, Const. Theod. de Theod. Cod. auct. § 6 *quae in regestis diuersorum officiorum relata sunt*, C. Theod.

---

positam esse constat. Antiqui tamen usus exempla luculentiora uetustioris pleraque sunt linguae, ueluti comicorum ueterum percupere, perlibere, perplacere, perdolere; pauciora politior agnoscit sermo, ueluti peruelle, pergaudere et Cicero scripsit, sed in epistulis maxime. Etiam ex argentea Latinitate aliqua innotescunt, ut perfulgere Germ. Arat., perodisse Manil. Jam uero aliquanto plura recentiores demum nouasse uidentur uel renouasse, ut perflorere Prisc. perieg., performidare, perfrequentare Myth. Vat., perhorrere Cypr., Jul. Val., perindigere Tert., perniti Isid., perplorare, persaeuire Prisc. per., pertonare (contra qm et abs.), all.

XI, 28, 14, ad q. u. Gothofr. Cf. gesta = acta publica s. monumenta C. Th. XII, 6, 28 al. et C. Just. VII, 52, 6 al.

*rugitus:* V. Prob. 19, 5 (leonum); — Coel. Aur., Hier.

*rumigeratio:* L. Hel. 10, 4 *qui famam principum uendunt et qui stultitia uel innocentia imperatorum .. infami rumigeratione pascuntur;* — rumigerare Fest. p. 270 *rumitant* (Naeu.) *significat rumigerant;* rumigerulus Amm., Hier.; cf. rumificare Plaut., famigeratio sim. priscor., uerbigerare App. Apol. 73.

*renodis:* C. Alb. 13, 1 *capillo renodi et crispo.*

*ripariensis:* Aur. ap. V. Aur. 38, 4; — C. Theod.

*rosatus:* neutr. subst. L. Hel. 19, 5; 24, 1 (sc. uinum); — Pall., Apic. I, 4; adi. Seren. Samm.

*rotalis:* C. Macr. 12, 7 *rotale carpentum;* — Sulp. Seu.

*russulus:* C. Alb. 5, 9 *fasciolae*, V. Prob. 4, 5 *tunicae* (russeolus Prud., — tunicae russae militares Val. ap. Tr. Cl. 14, 5, t. r. ducales id. ap. V. Aur. 13, 3, uinum russum V. Aur. 49 ex.).

*rictare:* Sp. Geta 5, 5 *leopardi rictant.*

S*agochlamys:* u. 2 (hibr.).

*saltatiuncula:* u. supra s. 'ballistia'.

>— *sambuca* i. sambucistria: Sp. Hadr. 26, 4 *in conuiuio .. sambucas lectores poetas pro re semper exhibuit*, cf. Salm. ad l.; — sambucus = σαμβυκιστής Mart. C. IX, 924.

*seplasiarus* subst.: L. Hel. 30, 1.

*septizonium:* u. 2 (hibr.).

*singilio* (genus uestis): u. 'dalmatensis'.

*stellatura:* L. Alex. 15, 5 *tribunos qui per stellaturas militibus aliquid tulissent* (h. e. deductas de annonis militaribus portiones lucri fecissent), Sp. Pesc. 3, 8 *tribunos quos constitit stellaturas accepisse;* — C. Theod. VII, 4, 28, 29.

*strangulator:* Sp. Seuer. 14, 1 *Commodi;* — strangulatrix Prud.

*strator*: Sp. Car. 7, 2 *cum illum in equum strator eius leuaret*, C. Macr. 4, 8; — Amm., C. Theod. VI, 31, l. un.

*strutio:* L. Hel. 30, 2, C. Gord. 3, 7, V. Firm. 6, 2 *sedentem ingentibus strutionibus uectum esse et quasi uolitasse* (στρουθίων Greg. Naz.; L. Hel. 28, 4 struthocamelus, ut Plin., Petr.).

*subactor:* L. Comm. 3, 6, Hel. 5, 4; 31, 7.

*subornator:* L. Comm. 19, 7 *delatores de senatu, seruorum subornatores de senatu;* — Paul. sent., Amm.

*sagmarius* (σάγμα = clitellae): L. Hel. 4, 4 *equus;* abs. Aur. ap. V. Aur. 7, 7 *equum et sagmarium suum defricet* (sc. miles); — sic abs. Veg. r. m. II, 10, III, 6 *impedimenta sagmarii calones uehiculaque in medio collocentur*, ib. *ne sagmariis clamore pauefactis pugnantes milites turbarentur;* sed gl. Cyr. sagmarius σαγματοποιός.

*seuiralis:* C. Ant. Ph. 6, 3 *ludos s.;* — inscr.

*sigillaricius:* neutr. abs. V. Aur. 50, 2 *uxori annuum sigillaricium quasi priuatus instituit*, Sp. Hadr. 17, 3 *satur-*

*nalicia et sigillaricia amicis inopinantibus misit* (de re cf. Marquardt Röm. Alterth. IV, 461).

*solearis:* Sp. Car. 9, 4 *thermas nominis sui quarum cellam solearem architecti negant posse ulla imitatione qua facta est fieri.*

*specellatus:* Valer. ap. V. Prob. 4, 5 *patinam argenteam specellatam.*

*subarmalis:* abs. (masc.) Valer. ap. Treb. Cl. 13, 8 *subarmalem unum cum purpura Maura*, Sp. Seu. 6, 11, V. Aur. 13, 3; — adi. Mart. C. s. *uestis.*

*subcrassulus:* C. Gord. 6, 1 *corporis qualitate subcrassulus.* Cf. suffusculus Amm., succinctulus App. Met. II, 7; suppaetulus iam Varro ap. Non. p. 309; plura u. ap. Schwabe De deminut. graec. et lat., p. 76.

*subditicius:* L. Hel. 17, 9 *ab hoc subditicio Antonino.*

*suppositorius:* V. Car. 17, 4 *balneis ita frigidis usus est, ut solent esse cellae suppositoriae, frigidariis semper niualibus;* — suppositorium subst. Greg. M., gl. Cyr.

*subsericus:* L. Hel. 26, 1 *primus Romanorum holoserica ueste usus fertur, cum iam subsericae in usu essent;* L. Alex. 40, 1 *uestes sericas ipse raras habuit; holosericam nunquam induit, subsericam nunquam donauit*, Valer. ap. Tr. Cl. 14, 8 et Gall. ib. 17, 6 *albam s.*, V. Aur. 15, 4 *tunicae s.*, Bonos. 15, 8. Cf. C. Pert. 8, 2.

*suminatus:* L. Alex. 22, 8 *iussit ne quis suminatam* (sc. scrofam) *occideret;* — Arn.

*samiare:* V. Aur. 7, 6 *arma tersa sint, ferramenta samiata;* — Veg. r. m. II, 14 decurionis, qui turmae equitum

praeponatur, officium esse dicit inter cetera, turmales suos 'cogere loricas suas uel catafractas contos et cassides frequenter tergere curare sameare' *); samiator ed. Diocl., gl. Philox.

*sequestrare* i. seponere, remouere qd: Tr. xxx, 22, 2 *ob carnem et olera sequestrata seditiones*, V. Prob. 6, 5 *esto, Gallieni epistula sequestretur, quid Aureliani iudicium?;* — Tert., Veg. r. m. II, 20, Prud., C. Theod., freq. Macrob., u. Zeune et Jan ad Comm. I, 5, 6.

*sublauare:* C. Ant. Ph. 19, 3 *ut sanguine illius* (gladiatoris) *sese Faustina sublauaret* (codd. subleuaret); — App. herb.

*subteradnexus:* C. Macr. 12, 7 *carpento rotali.*

>— *simulato* adu.: L. Hel. 25, 4 *quae solent s. fieri* (simulate Cic. all.).

*speciatim:* C. Alb. 12, 1 *a senatu amatus quantum nemo principum, in odium sp. Seueri*, Sp. Hadr. 13, 9, ib. 24, 6 *Antonini adoptionem plurimi tunc factam esse doluerunt, sp. Catilius Seuerus*, Vulc. Cass. 6, 6 *amatus ab omnibus orientalibus et sp. ab Antiochensibus*, L. Hel. 17, 7, Alex. 35, 5, Vop. Tac. 2, 3 *dicenda est causa tam felicium morarum et sp. in monumentis publicis inserenda et ad* (codd. eadem) *posteros humani generis stupenda moderatio.*

---

*) Sed sameare duo codd. habent, ceteri omittunt. Quare haud scio an hic quoque, ut saepe alias, acciderit, ut uox insolentior (sameare) interpretamento (tergere et curare) sensim obrepenti concederet e contextu. Proinde etiam in fine capitis fortasse legendum: Itaque ad decurionem et *samiatus* et exercitationis tam hominum quam equorum pertinet cura (un. sameatis, cett. codd. sanitatis, — at nihil in superioribus de sanitatis cura legitur).

*subbalbe:* Sp. Geta 5, 1 *subbalbe tamen canorus.*

*Tabellio:* C. Macr. 4, 6 *uenatorem primo, post etiam tabellionem, deinceps aduocatum fuisse fisci;* — tab. i. exceptor instrumentorum ICti.

*tenebrarius:* V. Firm. 2, 2 *hominem t.*

*Thracicus:* V. Aur. 13, 1 *limitis*, 17, 3 *exercitus*, — et *Thraecicus:* C. Maximin. 2, 5 *Thraecicae linguae*, cf. ib. 1, 5 *de uico Threiciae.*

*tiliacius:* C. Ant. P. 13, 1 *tiliaciis tabulis in pectore positis fasciabatur.*

>— *toficius*: C. Maxim. 6, 9 *lapis;* — tofaceus Plin. (terra), Pall. (lapis).

*tractaticius*: L. Hel. 17, 5 *appellatus est post mortem .. tractaticius*, cf. Vict ep. 23 ex.

*tremis*: abs. L. Alex. 39, 7 *cum ad tertiam partem aurei uectigal desidisset*, *formati sunt tremisses* (aureorum); — C. Theod. VII, 6, 4; 11, 2.

*trientarius*: C. Ant. P. 2, 8 et L. Alex. 21, 2 *fenus.*

*triloris*: u. 2 (hibr.).

*triuncis*: Gall. ap. Tr. Cl. 17, 6 *paragaudem triuncem unam.*

*tutelaris*: C. Ant. Ph. 10, 11 *praetorem tutelarem primus fecit*, *cum ante tutores a cousulibus poscerentur*; — Arn., Macr., ICti.

*taediare*: L. Alex. 29, 5 *ante lucem actibus operam*

*dabat . . neque unquam taediauit aut morosus aut iratus resedit;* — Tert. (cor taedians), Veg. uet.

*tauroboliari*: u. 2.

**tumultuarie*: Sp. Car. 6, 4 *per Babylonios ingressus tumultuarie cum Parthorum satrapis manum contulit;* — Vict., Amm.

V*estitor*: L. Alex. 41, 3 *uestitores* (h. e. aulici); — Firm. m., inscr.

*uexillifer*: Aur. ap. V. Aur. 31, 7 *aquiliferi legionis tertiae cum uexilliferis et draconario;* — qui vexillarius dicitur Tac. Hist. III, 17 al., Liu. VIII, 8, 4 (loc. interpol.).

*uibratio*: V. Car. 8, 5 *coruscationum ac tonitruum continuata uibratio;* — Fest. s. u. Gradiuus.

**uicaria* i. uicariatus: V. Aur. 10, 2 *habuit multos ducatus, plurimos tribunatus, uicarias ducum et tribunorum prope quadraginta*; — C. Theod.

*uicensimatio*: C. Macr. 12, 2 *qui digni essent decimatione atque uicensimatione.*

*uiror*: V. Prob. 19, 3 (u. effrondescere); — App. Flor. n. 10, p. 14, 3 Krueg., Pall.*)

*uulgaritas* (τὸ πλῆθος): C. Ant. Ph. 23, 8 *sacra Serapidis a uulgaritate Pelusiae summouit;* — Arn.

*uacantiuus*: L. Alex. 15, 3 *ne quem adscriptum, id est*

---

*) Alia hoc genus sunt postt.: albor Apic. I, 6 *ouorum*, salor Mart. C.; acror Fulg. cont. Verg., dulcor Tert.; frigor, pator, placor Vulg., turgor, ualor gl.; crepor gl., frendor Tert., Veg. uet., ningor App., rancor Pall., Hier., rudor App., tendor App., turbor C. Aur., priscor. exemplo luror, mador.

*uacantiuum*, *haberet*, cf. Tr. XXX, 18, 11 *quod eius consilio nullum adscripticium, id est uacantem, haberet.*

*uagulus*: Hadr. ap. Sp. Hadr. 25, 9.

*uasatus*, bene: L. Hel. 5, 3; 8, 6; 9, 3; 31, 6.

*uehicularis*: C. Pert. 8, 6 *sedile;* — Dig.

*uehicularius*: C. Max. Balb. 5, 1 *fabricator*, Ant. P. 12, 3 *cursus*, Sp. Seu. 14, 2 *munus;* — Amm., subst. inscr.

*uenetianus:* subst. (i. qui factionis uenetae est) C. Ver. 6, 2; — inscr.; cf. prasinianus (III, 1 s. u.).

*ueruecinus:* L. Comm. 1, 9 *pellis;* — Arn., gl. Cyr., ed. Diocl. IV, 3 (caro).

*uictorialis:* Tr. Gall. 3, 7 *uictoriales dies;* — Cassiod.

>— *uniuirius:* Tr. xxx, 32, 5 *uniuiriam sacerdotem;* — uniuira Tert., Hier.

*urbanicianus:* Sp. Geta 6, 4 *milites*, abs. Car. 4, 6; — Paul. Dig. IV, 6, 35, 4, C. Theod. Cf. p. 17 ad 'Illyricianus'.

*uterinus:* C. Ant. P. 1, 5 *soror;* — Cod. Theod. IX, 42, 9, 3.

*Zanca:* Gall. ap. Tr. Cl. 17, 6 *zancas de nostris Parthicas paria tria.*

*zuma:* Val. ap. Tr. Cl. 14, 3 *in cauco et scyfo et zuma pondo undecim.*

In his quae enumerauimus CCCXXXVII*) uocibus no-

*) Quibus annumerari possint haud pauca e scriptis inferius, cum alia tum ea (14) quae graecanica quidem sunt sed ita ut graece aut omnino nusquam compareant aut non ea qua apud nostros proferuntur forma, ut deliacus, mythistoria etc. — Locos, in quibus nouicia illa uocabula apud nostros leguntur, non illos quidem omnes indicauimus, sed eorum quos notauimus Spartiani sunt 73, Capitolini 105, Lampridii 147, Vulcatii 13, Trebellii 72, Vopisci 103, — quibus aequabiliter in paginas ed. Berol. distributis euenient in singulas circiter suas Spartiano 0, 9, Capitolino 0, 75, Lampridio 1, 53, Vulcatio 1, 3, Trebellio 1, 06, Vopisco 1, 13.

uiciis *deriuatiua* insunt: substantiua uerbalia in —$\overset{s}{t}$io 23, —us 6 (7), —ura 4, (abstr.) —or 1, —ela 1, —men 1, —$\overset{s}{t}$or 14, ab adiectiuis (u. participiis) deriuata in —tas 2, —tudo 1, —nt-ia 2*); — praeterea subst. in —o, onis masc. 9, in —ago (fem.) 1; — adiectiua deriuatiua in —anus 8, —înus 3, —aneus 2, —ensis 4, —aticus 1, alia (ab appell.) in —cus 2, in —ĕus 6, —icius, acius 7 (et 2 uerb.),

*) Dinumeratis omnibus in nostrorum scriptis cuiusque generis uocibus inueni nomina uerbalia actionis in —io a part. perf. inclinata 203 (a praes., ut obliuio, obsidio, 15), in —us 99 (denominatiua in —$\overset{s}{t}$us 14), in —ura 21, nomina uerbalia agentis in —or 128, — denominatiua qualitatis in —tas 121, in —tudo 19. Hoc quidem —tudo finitorum genus prisca magis quam recentiore aetate linguae uiguisse constat, — quanquam exstant et nouicia quaedam talia, cuiusmodi sunt, ut exempla ponam nonnisi propagata usque ad nostrum aeuum, aptitudo (attitude), certitudo Cypr. Greg. M., incertitudo Greg. M., ingratitudo Firm. math. Cass., promptitudo gl., roctitudo. Sed ceterorum quae attigi generum procedente linguae aetate, imo et ingrauescente cum usum magis magisque crebruisse tum et copias accreuisse largo recens affiguratorum prouentu uocabulorum, neminem in his studiis uersatum facile fugerit. Documento uel id potest esse, quod solis f i p r literis principiantibus uoces enotatas habeo recentioris notae in —$\overset{s}{t}$io 261, in —$\overset{s}{t}$us 84, in —tas totidem, in —$\overset{s}{t}$or 169 (—$\overset{s}{t}$or-ius 71), in —$\overset{s}{t}$ura (infecundius omnino inclinamentum) 30. Verumtamen, quo euidentius id quod diximus numerorum appareat collatione, primum p litera principali uoces supra dictorum generum omnes tam ueteres perpetuiue usus quam sero innotescentes dinumerauimus, et inuenimus (ni quid nos praeteriit)

| | p litera principali | | |
|---|---|---|---|
| | uniuersas | in aenea demum Latinitate obuias | |
| desinentes in —$\overset{s}{t}$io | 250 | 100 h. e. centesimas | 40 (53)*), |
| „ —$\overset{s}{t}$us | 81 | 32 „ | 40 (50), |
| „ —$\overset{s}{t}$ura | 29 | 17 „ | 62 (69), |
| „ —$\overset{s}{t}$or (-trix) | 152 | 76 „ | 50 (c. 58), |
| „ —$\overset{s}{t}$or-ius | 50 | 34 „ | 68 (86), |
| „ —tas | 62 | 29 „ | 47 (58). |

*) In uncis eum numerum suffeci, qui euadit, si annumeraueris nouiciis eas uoces, quae ante quidem III. saec. innotescunt, recentiores tamen sunt et ipsae in usuque magis apud posteriores feruntur.

—inus 1, —stris 1, —osus 2, —atus 13, —alis (et —aris) 21 (et 5), —elis 1, —arius 32, —or-ius 7, —iuus 1, —ulus 1, —bilis 4; — formae nominum deminutiuae 12;*) — nomina affigurata per compositionem: cum praepositione subst. 2, adi. 11 uel 12 (ex— 1, in— 3, per— 4, sub— 3, re— 1), cum praefixo nominali subst. 3, praefixo numerali adi. 2, composita hibrida 10. Verba attulimus 29, in quibus deponentia 4, forma frequentatiua 1 (¿ 2)**), in-

---

Deinde a b c d literis principalibus eorundem fere generum uoces quot in singula haberent scriptores aliqui diuersorum temporum enotaui, et repperi

| a — d | apud Plaut. | ceteros uett. comicos (frgm. ed. Ribbeck) | Caesar. | Val. Max. | Quintil. | Paneg. XII | Scriptt. hist. Aug. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| in —tio | 20 | 11 | 57 | 71 | 147 | 69 | 86 |
| „ —tus | 18 | 18 | 37 | 40 | 41 | 41 | 35 |
| „ —tor | 35 | 11 | 16 | 26 | 41 | 17 | 48 |
| „ —tas | 14 | 16 | 25 | 27 | 36 | 37 | 36. |

*) Haec omnia in genera, ut quorum nouo partu quasi contestata sit etiamtum uiuacitas, laterculos uocabulorum in quibusque apud nostros scriptores occurrentium quam plenissimos infra (p. 1* sqq.) addidi annotatione instructos.

**) Verba *formae frequentatiuae* ordinariae in *—tare*, *—itare* exstant apud nostros haud pauca, ueluti: aduentare C. Ant. Ph. 25, 2, calfactare (III, 2), coenitare C. Pert. 12, 5, L. Hel. 27, 1, coeptare L. Al. 60 ex., desponsare (III, 1), dictare C. Ant. Ph. 11, 10 *iura..*, iactare, inceptare (III, 2), inspectare C. Ant. Ph. 19, 5 *populo inspectante*, ostentare V. Aur. 31, 4, raptare (III, 3), reiectare (III, 2), retentare Sp. Ver. 1, 1, C. Alb. 7, 6, uectari L. Hel. 28, 1, Al. 29, 3, uenditare L. Comm. 6, 10 *omnia pecunia*, uisitare L. Al. 47, 2, Sp. Hadr. 9, 7, uocitare Sp. Ver. 5, 10, C. Gord. 19, 4, V. Aur. 28, 3.., uolitare L. Al. 41, 5, V. Firm. 5, 2, Hadr. ap. V. Sat. 8, 1.., uolutare Sp. Car. 11, 3 *animo*; — agitare, cogitare (Tr. Gall. 14, 8 q. coactare, cf. p. 17), fluitare L. Hel. 17, 2, latitare Hadr. ap. Sp. Hadr. 16, 4, sciscitari C. Ant. Ph. 6, 2 (cf. funditare et diff— Plaut., Amm., noscitare, quaeritare all., rec. discitare Prisc. Ps. Iuuenc., feritare a 'ferre' Solin., lambitare id., mergitare Tert. Hier...); — act-it-are C. Gord. 27, 5, cantitare Sp. Ver. 4, 2 (Ter., Cic.; Suet., App., Amm.), cursitare Sp. Ver. 5, 10 (Ter., Hor.; Plin. epp. Suet.), dictitare Sp. Hadr. 23, 14 *saepius dictitauit*, L. Hel. 8, 3.., factitare C. Gord. 13, 1, gestitare (III, 2), iactitare Tr. XXX, 31, 10,

choatiua 1*), composita cum praepositione 11, denominatiua (—a—) 13. Aduerbia denique in —e et —ter 17 (a participiis deriuata in —ter 3), in —o 2, in —im 1.

2. **Graecis uocabulis** nostri passim utuntur. Qua ex copia haec fere aut omnino primum in literis Latinis hic legi uidebantur aut hic demum ut usu latine loquentium iam quasi recepta:

*Acrolithus:* Tr. xxx, 32, 5 *statuam acrolitham* (Vitr. II, 8, 11 'statuam colossicam acrolith*on*'); — *agathodaemon:* L. Hel. 28, 3 *Aegyptios dracunculos quos illi agathodaemonas uocant;* — *agonotheta:* Sp. Hadr. 13, 1 *pro*

---

Cl. 2, 4, lectitare V. Aur. 1, 4. 10.., pransitare L. Hel. 27, 1, saltitare (III, 1). Aliqua sane apud nostros quoque exuta potestate uel iteratiua uel intensiua instar simplicium usurpantur, ut coeptare l. l., desponsare, factitare l. l., lectitare C. Gord. 1, 4. Frequentatur haec figura usu recentiorum. Sic multa habent uerba frequentatiua Gellius (de quo u. Th. Vogel [De copia uocabulor. Gellii comm. I, p. 27 sq.), Appuleius, Ammianus, etiam Arnobius, et in his haud pauca uel noue (ut Gell. de-lectitare, deuersitare, frequentitare, improbitare, solitare, usitari, App. curitare, commorsitare, demorsitare, Amm. uastitare XXVI, 5, 9, Arn. flatare) uel obsoleta. Sic etiam alii posteriorum, quos scrutatus sum, sed e. c. Aur. Victor (uir. ill., Caes., epit.) pauca, in quis tamen noue reductare Caes. 38, 36, — Veget. r. mil. et Prudentius poeta tantum non nulla uel certe paucissima (ut tutari ille, hic insertare).

*) Verba inchoatiua e nostrorum scriptis haec enotaui: adolescere C. Macr. 2, 2.., albescere (III, 3), canescere Sp. Hadr. 20, 8, coalescere V. Proc. 12. 8.., conquiescere inch. V. Cass. 4, 8, consenescere C. Alb. 12, 13, Tr. Val. 4, 2.., V. Car. 3, 1 al., conualescere C. Max. Balb. 6 ex., L. Al. 68, 3, V. Tac. 19, 2.., crebrescere (III, 1), efflorescere Sp. Ver. 2, 5, L. Al. 59, 6, V. Car. 3, 2 et saep., enitescere C. Maxim. 1, 4, erubescere Sp. Pesc. 7, 8.. (de aliquo Sp. Seu. 15, 7, c. inf. L. Al. 49, 1), exardescere Sp. Pesc. 6, 3, C. Maxim. 17, 1, V. Aur. 36, 6 *timore*, al., expauescere Sp. Seu. 11, 8, flauescere (III, 3), illucescere Sp. Jul. 4, 1, inardescere (III, 3), ingemiscere C. Ant. Ph. 28, 5, Ver. 5, 6, V. Aur. 15, 4.., ingrauescere Sp. Hadr. 23, 16 *ingrauescente ualetudine*, Ver. 2, 1 *aeuo*, C. Max. Balb. 13 ex., V. Aur. 38, 3.., inhorrescere V. Prob. 24, 5, innotescere (III, 1), inolescere (III, 1), perhorrescere C. Max. Balb. 8, 7, pertimescere C. Pert. 4, 7, Max. Balb. 1, 5 et 15, 2, V. Proc. 13, 1.., senescere Tr. XXX, 12, 17 (praeterea alia, ut asciscere, insuescere..).

*agonotheta resedit* (Tert. ad mart. 3 agonotheta, agon, brabium, alia agonica uocabula adhibet, cf. de fuga in persec. 1); — *allasson:* Hadr. ap. V. Sat. 8, 10 *calices allassontes uersicolores;* — *amnestia:* V. Aur. 39, 4 *amn. sub eo delictorum publicorum decreta est;* — *anaematus:* L. Alex. 52, 2 *imperium eius*, cf. 25, 1; — *apoplexis:* C. Ant. Ph. 14, 8 *apoplexi arreptus*, Ver. 9, 11; — *archiereus:* L. Alex. 28, 7 *archiereum;* — *archisynagogus:* Hadr. ap. V. Sat. 8, 3 *Judaeorum*, L. Alex. 28, 7 *Syrum*; — *aromaticus:* Sp. Hadr. 19, 5 *aromatica populo donauit;* — *asemus:* L. Alex. 33, 4 *tunicas asemas.*

**B***aphium:* L. Alex. 40, 6 *quod baphiis praepositus id genus muricis repperisset* (Cod. Theod.); — *biothanatus* (βιαιοθάνατος): L. Hel. 33, 2; — *brabium:* C. Ver. 6, 5 (eccl., brauium Prud. Perist. V, 538); — *buleutes:* Sp. Seu. 17, 2 *ius buleutarum Alexandrinis dedit* (buleutae, bule Plin. ad Trai. aliquoties).

>— **C***amelopardalus:* C. Gord. 33, 1, V. Aur. 33, 4 (antea, ut graece, —is finitum); — *canon* i. uectigal annuum ordinarium: Sp. Seu. 8, 5 *rei frumentariae ita consuluit, ut excedens uita septem annorum canonem p. R. relinqueret*, 23, 2; L. Hel. 27, 7 *canon frumentarius*, Aur. ap. V. Firm. 5, 4 *canon Aegypti, qui suspensus fuerat, integer ueniet* (ICti); — *cenotaphium*: L. Alex. 63, 3, V. Tac. 15, 1 (Hyg., ICti); — *cerataules:* V. Car. 19, 2 *centum cerataulas* (codd. capitaulas, em. Salm.; uoc. est in gloss.); — *chiridotus:* C. Pert. 8, 2 *lacernas chiridotas Dalmatarum;* — *christologus* (χρηστολόγος): C. Pert. 13, 5, cf. Vict. ep. 18, 5; — *chrysoaspides:* L. Alex. 50, 5 *fecerat sibi argyroaspi-*

*das et chrysoaspidas;* — *colymbus* (piscina): L. Hel 23, 7 *marinae aquae colymbos exhibuit, in mediterraneis locis maxime;* — ≻ *cyclopeus:* Tr. Gall. 8, 3 *Cyclopea luserunt apenarii.*

D*iasyrticus:* Sp. Car. 10, 5 *diasyrticum quiddam in eum dictum* (Hieron., Seru.., — gr. Clem. Alex.).

E*pigrammaticus:* Sp. Ver. 5, 9 *ep. poeta;* — *epilepsia:* L. Hel. 20, 5 *quod, qui ederet, epilepsia tutus diceretur.*

H*alieuticus:* Gallien. ap. Tr. Cl. 17, 5 *boletar halieuticum* (Halieutica Nemesiani poema V. Car. 11, 2, Ouidii Plin.); — *hamaxa*: C. Maximin. 6, 9 *quod hamaxas manibus attraheret;* — *historiographus:* C. Gord. 21, 4, cf. Funcc. de ueg. sen. l. lat p. 1159 sq.; — *holosericus:* L. Hel. 26, 1, Al. 40, 1, V. Aur. 45, 4, Tac. 10, 4 (C. Th. XV, 9, 1; idem est holouerus: de h. uestimentis C. Th. X, t. 21); — *hydrogarum*: L. Hel. 29, 5, cf. Apic. II, 44.

L*eopardus:* L. Hel. 21, 1, ib. 25, 1 *leones et l. et ursos*, V. Prob. 19, 7..

≻ M*acrocherus*: L. Al. 33, 4 *tunicas macrocheras;* — *magirus:* L. Hel. 10, 5; — *mathesis* i. rationes Chaldaeorum e natalicia sideratione futura cuiusque fata coniectantium: Sp. Hadr. 16, 7 *m. sic scire sibi uisus est ut sero kal.* I*anuariis scripserit quid ei toto anno posset euenire etc.*, id. Ver. 3, 9, id. Seuer. 3, 9, L. Alex. 27, 5, — et significatione tali (Suet. all. praeeuntibus) *mathematicus*: L. Comm. 1, 4 *quem parem astrorum cursu Commodo mathematici promittebant*, Diadum. 5, 1, Alex. l. l. (astrologus Sp. Hadr. 16, 10, Pesc. 2, 8); — *metropolis* i. e. ciui-

tas quae aliarum quasi caput est: Sp. Hadr. 14, 1 *ne tot ciuitatum m. Antiochia diceretur;* cf. Amm. XXVI, 1, 3 *Nicaea quae in Bithynia mater est urbium;* — *mnemonicus:* L. Alex. 14, 6 *rerum memoria singularis, quam mnemonico Acholius ferebat adiutam;* — *monarchia:* C. Max. Balb. 14, 4, cf. Tert. adu. Prax. 3; — >— *monopodius* (μονόπους): L. Comm. 10, 6; — *musium* u. musiuum i. e. opus tessellatum (μουσεῖον u. μουσίον, in media duntaxat Graecitate): Sp. Pesc. 6, 8 *pictum de musio*, Tr. xxx, 25, 4 *picturatam de museo* (museus et musiuus, museiarius inscr., musiuarius C. Th. XIII, 4, 2); — *mystice* adu.: Sp. Car. 7, 5 *quamuis Graeci eo genere quo feminam etiam Lunam dicant, m. tamen deum dicunt*, cf. Solin. 32, 19; adi. mysticus L. Al. 26, 8 al.

**N***eurobates:* V. Car. 19, 2 (Firm. math.); — >— *nicephorius:* Sp. Hadr. 2, 9 *ex fano Niceforii Jouis;* — *nymphium:* C. Gord. 32, 5 *praeter quaedam nymfia et balneas* (Videntur esse putei aquae salientis, qualia νυμφαῖα ap. scrr. Byzantinos memorantur, cf. Steph. Thes. ed. Par. s. u.).

>— **O***enanthium* (οἰνάνθινον sc. μύρον): L. Hel. 23, 1, cf. Salm. ad l.; — *orexis:* L. Hel. 29, 9 *amabat sibi pretia maiora dici earum rerum quae mensae parabantur, orexin conuiuio hanc esse adserens* (Iuu. VI. 428); — *orneoscopus:* L. Alex. 27, 6 *fuit o. magnus.*

**P***alaestes:* L. Al. 27, 10 *p. primus fuit;* — *Palaestini* subst: Sp. Seu. 14, 6 et 17, 1, Pesc. 7, 9; — *pandurizare*: L. Hel. 32, 8; pandura (πανδοῦρα) s. pandurium, genus organi inflatilis, Is. or., Mart. C., Cassiod. mus. p. 587 et in psalm. 146; — *panegyricus*, h. e. laudatio,

quales ad imperatores potissimum habebantur: Sp. Pesc. 11, 5 (Lact inst. diu. I, 15, 13 et postt.); — *pantagathus:* L. Diad. 4, 6 *pantagathi in domo patris eius nidum posuerunt;* — *paraenesis:* Vulc. Cass. 3, 7 *per ordinem paraeneseos hoc est praeceptionum per triduum disputauit;* — *patriarcha:* Hadr. ap. V. Sat. 8, 4, — uix christianorum; — *pentapharmacum:* Sp. Ver. 5, 4. 5; — *pentastichus:* Tr. Gall. 18, 5 *porticum Flaminiam usque ad pontem Moluium parauerat ducere, ita ut tetrastichae fierent, ut autem alii dicunt, pentastichae, ita ut primus ordo pilas haberet, secundus et tertius et deinceps* διὰ τεσσάρων *columnas;* — *peplus:* Tr. XXX, 23, 3 *ea die qua est amictus a militibus peplo imperatorio,* 29, 1 *Celsum imperatorem appellauerunt peplo deae Coelestis ornatum* (poett., Fulg. M. p. 617 et 619); — *pittacium* i. breuis, libellus: L. Alex. 21, 8 *de promouendis sibi aduertebat et perlegebat cuncta pittacia* (ICti, cf. Laber. u. 61 Ribb.); — *presbyter:* Hadr. ap. V. Sat. 8, 3 *christianorum pr.* (Tertull., sed post Hadr.); — *programma*: Vulc. Cass. 6, 1 *pr. in parietibus fixit, ut, si quis cinctus inueniretur apud Daphnin, discinctus rediret* (ICti).

S*alpista:* V. Car. 19, 2 (Firm. math.); — *stroma*: C. Ver. 4, 9 *ut leuatus cum stromatibus in cubiculum perferretur.*

T*etrapharmacum:* Sp. Hadr. 21, 4, Ver. 5, 4. 5, L. Al. 30, 6; — *tetrastichus*: u. pentastichus; — *toparcha:* Sp. Hadr. 13, 8 *t. et reges ad amicitiam inuitauit* (toparchia Plin.); – *trichorum:* Sp. Pesc. 12, 4 *in qua* (domo) *simulacrum eius in trichoro consistit* (Stat.); — *ty-*

*pus* i. simulacrum: L. Hel. 3, 4 *studens Matris typum in illud transferre templum*, 7, 1.

Seorsum descripsi ea, quae, cum graecanica sint, graecis tamen in literis, quod sciamus, non comparent:

**A***nacliteria*: Sp. Ver. 5, 7 *tectum eminentibus quatuor anacliteriis;* — *arcoleontes (?)*: C. Gord. 33, 1; — *colossus* adi: Sp. Ver. 7, 1 *statuas Vero colossas poni iussit* (subst. colossus Tr. Gall. 18, 2; — colossicus Vitr. X, 6, 13, Plin.; colossaeus Plin. XXXIV, 18, 39); — *deliacus*: L. Alex. 26, 8 *additis signis et deliacis et omnibus mysticis;* — *dialogista:* Vulc. Cass. 3, 5 *si dialogistam occidisset*, *Antoninum significans;* — l*ithostrea:* L. Hel. 19, 6 *primus fecit de piscibus isicia*, *primus de ostreis et lithostreis et aliis huiusmodi marinis conchis* (cf. Salm. ad l.; Peter aliique edd. *leio*strea, cl. λειόστρακος Aristot.); — M*esopotameni:* Sp. Hadr. 21, 11, V. Aur. 11, 3 (sch. Iuu. I, 104, Cass.); — *monobelis*: L. Hel. 8 ex. *ut ex tota urbe monobeles quaererentur; sic eos appellabant, qui uiriliores uidebantur* (cf. μονόλυκος Plut. Dem. 23, talia); — *mythistoria:* C. Macr. 1, 5 *libros mythistoris repleuit*, — et adi. *mythistoricus:* V. Firm. 1, 2 *Mar. Maximus qui et mythistoricis se uoluminibus implicauit.* — N*iliacus:* V. Aur. 47, 3 *nauicularios Niliacos* (poett., Plin.)*); — *oxypaederotinus:* V. Aur. 46, 4 *uestes;* —

*) Sic etiam alia nostris usurpata in — iacus frustra in Graecitatis thesauris quaesieris, ut (quod supra in Latinis attulimus) Pannoniacus (Παννονικός u. Παιονικός, Παιόνιος), cf. Suet. Vesp. 6 Moesiacus, Ven. Fort. Parisiacus, — porro (a uocabulis non gentilibus nec localibus, cf. Buttmann gramm. gr. ampl. II, § 119, 58) Polemoniacus V. Aur. 21 ex. *Pontus* (Vict., Eutr.) et, quo durius nullum, deliacus (u. paullo superius). Nam Isiacus L. Comm. 9, 6 auctoritatem tamen habet, Plutarchi quidem.

*porphyreticus*: L. Hel. 24, 6 *saxa*, C. Ant. P. 11, 8 *columnae*, V. Prob. 2, 1 *porticus* (Suet. Nero 50 *marmor*, purpureticus inscrr. *porticus*, *columnae*); — *tichobates:* V. Car. 19, 2.

Nonnulla uocabula graeca significatu usurpari uidemus nouo neque e Graecitatis fontibus cognito. Cuiusmodi cum aliqua in supra descriptis insint, ueluti canon, colymbus, macrochera, tum haec seorsum enotanda duximus: *anabolicus* V. Aur. 45, 1 *anabolicas species* (qua de re insp. quae multus disputat Salm.); — *cyclas* i. tunica quaedam matronalis circumtexta L. Alex. 41, 1, e coni. Tr. XXX, 25, 4 et V. Sat. 9, 3 (cf. Prop. V, 7, 40, Iuu. VI, 259); — *melo* (fructus) C. Alb. 11, 3, Tr. Gall. 16, 2, al., Pall. (gr. μηλών i. q. pomarium); — *thorace* (et forma nouum et significatione, q. προτομή): Tr. Cl. 3, 3 *illi clypeum aureum in Romana curia collocatum est*, *ut etiam nunc uidetur expressa thorace uultus eius*, cf. Salm. ad. l. (thoraca Ennod.); — *topia* Sp. Hadr. 10, 4 *ut triclinia de castris et topia dirueret* (al. Vitr., topiarius, ars topiaria Cic., Plin.); — denique, quorum usus apud nostros latissime patet, *tyrannus*, *tyrannis*, speciatim uidelicet usurpata de iis, quicunque imperium sibi arrogauerunt uel affectauerunt, ut inter cetera *tyrannus* Sp. Pesc. 1, 1 *difficile est ut quos tyrannos aliorum uictoria fecerit bene mittantur in literas*, Tr. Gall. 15, 2 *Gallienum tyrannum militari iudicio in fastos publicos rettulerunt*, XXX tyr. 1, 1. 2 *per annos quibus Gallienus et Valerianus rem p. tenuerunt triginta tyranni exstiterunt*, . . *qui ex diuersis orbis partibus ad imperium conuolabant*, Vulc. Cass. 8, 3 *nec quenquam facile bonum* (principem) *uel uictum*

*a tyranno uel occisum*, 9, 4, Vop. Firm. 2, 2, et sexcenties; — *tyrannis* Sp. Geta 6, 8 *in suspicione habuit affectatae tyrannidis*, Vulc. Cass. 5, 1; 8, 2, C. Pert. 3, 7, Diad. ap. L. Diad. 8. 5, L. Alex. 48, 1, Vulc. Cass. 12, 6 *in causa tyrannidis*, Sp. Hadr. 15, 6 *ut conscium tyrannidis*. . . , eodemque modo per istam Latinae linguae aetatem ceteri, ut Vict. Caes. 40, 23 *Maxentius* . . *in transgressu Tiberis interceptus est tyrannidis anno sexto*, et 18, ib. 42, 21 *tyrannide tantorum depulsa*, Pacat. paneg. in Theod. 43, 3 *talis tuis offertur oculis, qualem decebat uictori captum, domino seruum, imperatori tyrannum*, 23, 1; 44, 3 al., Oros. VII, 28 *Maximianus qui imperium abiecerat arripuit tyrannidem* . . *ex Augusto tyrannus*, VII, 34, al., auct. de Const. Chloro exc. 12, all. Ceterum haec uocabula etiam uulgatiore significatione apud nostros scriptores usurpata saepius inueniuntur, ueluti tyranni opponuntur bonis principibus Tr. XXX, 30, 16 et L. Hel. 1, 2 (qui „*hos prodigiosos tyrannos*" dicit Caligulas, Nerones, Vitellios), eodemque modo Sp. Car. 5, 2 (Caracallus) *odium tyrannicum meruit, quamuis aliquando fingeret et benignum*, Geta 2, 8 *cum uereretur tyrannicam ex parricidio notam*, Vulc. Cass. 7, 7 *Cassium urbem tyrannice directurum*, ib. 2, 6, C. Gord. 13, 7, Macr. 7, 4, al., — et sic item alii suppares scriptores, ut Eutr. X, 13, Lact. de mort. persec. 2, 6 et 7; 3, 1; 16, 7.*)

*) Ex reliqua etiam uocum Graecarum copia quaedam sunt notatu digniora, siue significationis intuitu, siue ob usum aut rariorem in Latinis aut apud nostros aliosue posteriores frequentiorem, siue aliqua denique causa, ut int. cett. *aphronitrum* Tr. Gall. 6, 5 plur.; *character* V. Aur. 1, 6 *historico ch. digesta; diplomata* (q. подорожная) C. Pert. 1, 6 *quod sine diplomatibus cursum usurpauerat*

Nonnulla uocabula siue literarum sonis leuiter immutatis siue terminatione magis sunt assimilata Latinis. Quod genus aliqua iam superius nouiciis Latinis interposita exhi-

---

(Suet., Tac , Plin. ad Trai. 64 sing., 120 et 121 plur.); *ephemeris:* Tr. Gall. 18, 6 *Palfurium Suram, qui ephemeridas eius* (Gallieni) *uitae composuit,* V. Prob. 2, 2 *me ad colligenda talis uiri gesta ephemeris Turduli Gallicani plurimum iuuit,* ib. 3, 4 et 5, 1, Aur. 1, 6, Car. 4, 4, al. (Amm., all.; cf. de his ephemeridibus, s. commentariis principalibus Brunner Vopiscus, Lips. 1868, p. 34 sq.); *hecatombe:* C. Max. Balb. 11, 4 sqq. *hecatombe tale sacrificium est. centum arae uno in loco cespiticiae exstruuntur, et ad eas centum sues centum oues mactantur. iam, si imperatorium sacrificium sit, centum leones centum aquilae et cetera huiusmodi animalia centena feriuntur,* rell., C. Maximin. 24, 7, Tr. Gall. 9, 4, V. Tac. 12, 1. Alia nominasse satis habui pleraque: acroama L. Al. 34, 2, alabaster (C. Ver. 5, 3), aliptes, amphitheatrum, amphora, apophoreta L. Hel. 21, 7, archipirata, architectus Sp. Hadr. 19, 13, argyroaspides, astrologus Sp Hadr. 16, 10, asylum (Sp. Seu. 21, 8 *Papinianus iuris asylum ..*), athleta, aulicus (u. III, 1), authepsa L. Hel. 19, 3, balsamum, basilica (Sp. Hadr. 12, 2 ..), bucolicus C. Ant. Ph. 21, 2 et Vulc. Cass. 6, 7 *Buc. milites* (in Aegypto), caccabus, callistruthia (ficus) C. Alb. 11, 3 (Col., Plin.), ceraunium, chiragricus V. Sat. 8, 6, chlamys s. (uti scriptum) clamys C. Pert. 8, 2, Gord. 21, 4, Tr. Cl. 17, 6, choraules V. Car. 19, 2, colaphus Sp. Hadr. 21, 3 *qui ei c. daret,* corocotta C. Ant. P. 10, 9 (Aelian., Dio Cass ; uulgo, gr. et lat., crocotta), crocodilus, crypta Sp. Hadr. 10, 4, crystallinus, cymbalum, demarchus Sp. Hadr. 19, 1 *apud Neapolim d. fuit,* diadema L. Diad. 4, 3 al., diaeta s. zeta (u. III, 1), discus, elephantinus, ephippia L. Al. 50, 3, epigramma, episcopus Hadr. ap. V. Sat. 8, 2 *Christi,* epithalamion, eunuchus, euripus L. Hel. 29, 2 *in euripis uino plenis nauales circenses,* geometres et geometria, gymnasium, gymnicus Tr. Gall 3, 7 *ludi,* V. Car. 19, 2 abs., hippopotamus, hyacinthinus, hyaena, lemniscus C. Ver. 5, 3, lithostrotum C. Gord. 32, 6, lyra, lyricus C. Ant. P. 77, mastiche, mastichatum L. Hel. 19, 4, mechanicus, mimus, mimographus, musicus, naumachia V. Aur. 34 ex., nothus C. Macr. 10, 6, onager, orchestra, organum L. Al. 27, 9 al., oryza, paedagogus V. Aur. 37, 3 *populus uulgo dicebat Aur. esse p. senatorum,* palaestra L. Al. 30, 4, pantomimus, papyrus, pausa Sp. Pesc. 6, 9, Car. 9, 11, pegma V. Car. 19, 2, phalanx, phoenicopterus, podium Sp. Seu. 23, 3, prologus Sp. Ver. 1, 3, prooemium V. Aur. 3, 1, propola, protrepticus, prytanium, psilothrum, pyctes, pyramis, pyrriche, pythaules V. Car. 19, 2, rhetor, rhinoceros, sandyx, schola, scholasticus, (u. p. 19*), sigma L. Hel. 28, 5, 29, 3 al., smaragdus, sphaeristerium, stemma Sp. Ver. 2, 10, L. Al. 44, 3 *generis,* struthocamelus L. Hel. 28, 4, symphonia, syngrapha Sp. Hadr. 7, 6, syrma V. Car. 20, 4, tapete V. Aur. 11, 1 n. pl., theatrum, thema L. Hel. 29, 6, thermae, thesaurus Sp. Hadr. 18, 6, L. Al. 46, 2, Tr. Gall. 15, 2 al., thorax, tiara, triclinium Sp. Hadr. 10, 4, Pesc. 3, 10, tropaeum, tyrianthinus V. Car. 20, 4 (Mart.), alia plura.

buimus, ut cataphractarius, damalio, doga, epigrammatarius, macera, sagmarius, all., quaedam etiam paulo ante in Graecis, ut pandurizare all. Adde: *dromeda* (a δρομάς) V. Aur. 28, 3 *camelis quos dromedas uocitant* (Hier. dromedarius); *lampada* Tr. Gall. 8, 1 *cum lampadis* (incertum an praeeunte Plaut. Cas. IV, 4, 16; sic uulgo crepida (Tr. XXX, 22, 3), panthera, statera, alia uel antiqui, ut cratera Cic., Hor. etc., uel recentiores, ut hebdomada Gell., eccl., choenica Pall., cf. Neue Lat. Formenl. I, 322 sq.); — *linifio* (λινόυφος) Hadr. ap. V. Sat. 8, 6; — *catomidiari* (κατωμίζειν) Sp. Hadr. 18, 9 (e coni. Petr. 132), *epitomare* Tr. XXX, 30, 22 (Veg. r. m.), *tauroboliari* L. Hel. 7, 1 (inscr.). Talia multa exstant in posteriore Latinitate, e. gr. *charaxare* (Apic.; Aug., Prud.) — atque inde charaxatio, charaxator, charaxarius —, *lampare* (Cass.), *malaxare* (Th. Prisc., Plin. Valer.), *phlebotomare* (Coel. Aur. VI, 8, 140), *stigmare* (Prud.), all.

H*ibrida* sunt apud nostros noue: *dextrocherium* C. Maximin. 6, 8 et 27, 8, Tr. XXX, 14, 4, *Graecostadium* C. Ant. P. 8, 2, *monolores*, *dilores*, *trilores*, *pentelores* V. Aur. 46, 6, cf. Bonos. 15, 8, *phallouitrobulus* C. Pert. 8, 5, *sagochlamys* Valer. ap. Tr. Cl. 14, 5, *Septizonium* Sp. Seu. 19, 5, ib. 24, 3, Geta 7, 2. Talia interdum etiam antiquiores uel luserant, ut Plautus, uel etiam serio sibi indulserant, rariora duntaxat ac leuiora, ut puta praepositionis graecae (epi-, anti-) uel quasi praepositionis (archi-, philo-, pseudo-) compendio circuitus eloquendi deuitantes: cf. Quint. I, 5, 68, et exempla ap. Heusing. ad Vechneri hellenolex. p. 22. Multo tamen pro-

cliuius degeneris aeui sensus linguae iam obtusior ad hoc genus dissociabilia contaminandi delapsus est, adeo ut uocum portenta communi in usu uersarentur, ueluti fustibalus Veg. r. m. II, 23, IV, 22 al., hemistrigium Hyg. mun. castr. in., melloproximi C. Th. VI, 26, 16. 17, monoculus Firm. math. VIII, 19 et 22, monosoles (gallicae) ed. Diocl., paraueredus C. Th., primoplastus Prud. Cath. IX, 17, thelodiues et thelosapiens Aug. ep. 59. —

## II.

Sed etiam **formae** uocabulorum quorundam apud nostros nonnunquam a solitaneis eorundem discrepant formis, et quaedam hactenus nouata nos quidem iam in indicem supra descriptum retulimus, cetera hoc loco tractaturi.

1. Quod attinet ad *uerba*, primum in uicem *et* pro mediis uel deponentibus suas utriusque generis formas, *et* mediali forma ea quorum in cultiore sermone sollemnis forma est actiua usurpari saepius uidemus, more aeui utrumque. Itaque a) *haec* uerba rite media apud nostros aut sua utrumque genus expressum exhibent forma aut certe in participio perf. passiuam recipiunt significationem: *experire* C. Gord. 11, 7 *iuuenis uirtutem laeti experiamus*, cf. Neue Lat. Formenlehre II, p. 206; — *imitare*: Valer. ap. V. Prob. 4, 2 *eum iuuenem, quem imitari pueris omnibus uolo;* — prisci et App.; part. pf. passiue et all.; — *latrocinare*: V. Prob. 16 ex. *ne latrocinare unquam discerent;* — *nundinare*: C. Gord. 24, 5 *homines per quos antea uelut in*

*auctione positus nundinatus est*, — Tert. adu. nat. II, 13, p. 386, Firm. math., al.; — *osculare:* Sp. Hadr. 25, 1 *iussam genua eius osculare;* — Titin., part. pass. App., cf. Neue p. 232; — *tuere*: Sp. Hadr. 5, 3 *Macedonas liberos pronuntiauit, quia tueri non poterant;* — pass. Varro, Vitr., ICti, all. postt., act. Cic. Legg. in lege quadam, inscr., cf. Neue 245 sq.; — *(contestare):* V. Prob. 2, 6 *illud contestatum uolo;* — uerb. ICti, part. passiue iam Cic.; — *(dimetire):* Sp. Hadr. 7, 9 *ut plerisque in diem uitae suae dimensum praestiterit;* — etiam all. tam part. quam ipsum uerbum et simpl., et uarie compos. passiue, u. Neue 225, et adde Amm. XIV, 1, 1 *emensus* pass., App. M. II, 61 *metiatur* pass., Fulg. M. p. 604 *metire;* — (*ementire*): C. Ant. Ph. 24, 7 *ementita morte Antonini;* — C. Memm. ap. Prisc. Inst. VIII, 19 et Cic., si non Tusc. III, 24, at Phil. II, 35, 88 al., dein App., Dict. I, 20 'ementito argumento fidem fecerat'; mentitus pass. Lact. Inst. diuin. II, 16, cf. IV, 27, et ante alii, mentiatur Modestin., u. Neue 222; — *(praedare):* V. Prob. 8, 3 *cum de praedato repertus esset equus, qui.. centum ad diem milia currere diceretur*; — praedatus pass. Gell. IV, 18, 12, inf. fut. pass. Plaut., uerb. act. Prisc., u. Neue 237, cf. Rönsch Itala und Vulgata, p. 298 et 297, qui cit. praedauit, depraedauit etc. Vulg., Ambr.; — *(praefare):* V. Aur. 1, 1 *uir praefata reuerentia nominandus;* — all. postt., u. Neue 213. Plurima talia, teste Prisc. VIII, 25, iam apud uetustissimos inueniebantur; sed nos eorum tantum e numero, quae recentiores alii, a norma loquendi deuiantes, hunc in modum usurpauerunt, ex collectaneis paucula quaedam subdidimus in

comparationem, ut *adeptus* pass. Pacat. paneg. Theod. 19 ex. 'quos adepta solum iuuabant'; *argutas*, argutat Petron. 57, 46 (Prop., cf. Neue 200); *commorasse* Isid. or. XI, 3, 31; *deminantur* pass. Lact. mort. persec. 16, 7; *demolit* (= demolitur) Vlp. Dig. IX, 2, 50 (cf. Neue 227); *dominare* Ven. Fortun., u. Quicherat Add. lex. lat. s. u. (pass. Nig., Cic., Lact., u. Neue 209 sq.); *exhortare* August. (u. Quich., cf. Neue 216); *interpretatur* pass. Amm. XXIII, 5, 7 'Zaitha locum qui olea arbor interpretatur', XXIV, 2, 7 al., Tert. ad nat. I, 3 al., Fulg. M. II, 5 (cf. Neue 217); *lamentauimus* etc. Vulg., u. Rönsch l. l., et alias, u. Quich. s. u. (lamentatus pass. Sil., Stat., lamentatur impers. App., u. Neue 218); *mederet* Ven. Fort. u. Mart. II, 21 (medeatur pass. Vitr., Hier., u. Neue 221); *partitus* pass. Amm. XXVI, 5, 3 'et militares partiti numeri' (cf. Neue 233); *pollicetur* i. datur Vlp. Dig. XIV, 1, 1, 'exercenti nauem aduersus eos qui cum magistro contraxerunt actio non pollicetur' (habet hoc Neue 236); *sermocinasse* Isid. or. I, 39, 2 'inter se s. finguntur'; *spatiare* Ven. Fort. u. Mart. IV, 108; *usus* pass. Aug. de nat. et grat. 30 'de non recte usa sanitate'. Multa huiusmodi Appuleius habet, ut aemulare, percontare, reluctare etc., u. Oudendorp et Hildebr. ad Met. I, 24, Kretschmann de Latin. Apulei p. 79 sq. — Contrarium est schema b) ut patiendi modo proferantur quae et forma uulgo et significatione sunt actiua. Hoc quidem antiquissimorum esse Priscianus VIII, 26 et Gellius XVIII, 12, 10 asserunt, et Quintilianus IX, 3, 6 figuram ait esse circa genus, extra uulgarem uidelicet usum positam sui quidem temporis. Et

minus utique quam illud alterum hoc frequentatum est schema, attamen hoc quoque recentiores, siue imitati antiquiores, siue prouincialem quandam loquendi abusionem sectati, haud ita raro sibi indulserunt, cum alii tum et nostri. Nam, ne iis immoremur quae communi in usu feruntur, ut merere et mereri uno eodemque significatu pariter celebrata (uti et nostri Sp. Car. 5, 2 *odium tyrannicum meruit*, L. Diad. 6, 2 *ut mereri non uideretur imperium*, et sic utroque modo saepius locuti sunt), ut participia perf. quaedam actiua potestate usurpata, quale est *coenatus* (ut Tr. XXX, 30, 18 *coenata est Hispanorum cupiditate*, cf. tamen Kiessling N. Schweiz. Mus. V, 327), — ne talia, inquam, quaeramus, rite actiua formam induta passiuam deprehendimus haec: *consecrari* L. Diad. 7, 4 *quos sapientia bonitas pietas consecrata sit;* — *fabricari*, quod sane non modo prisci sed Cic. aliique usurpauerunt, sed figurae nomine, si Quint. l. l. audimus: V. Prob. 20, 6 *orbis terrarum non arma fabricabitur*, C. Ant. Ph. 13, 4 (fabricandus V. Prob. 23, 3); — *funerari:* C. Pert. 14, 9 *corpus eius funeratus est;* — *lacerari:* C. Max. Balb. 17, 2 *gratulatus prouinciis quas auaritia tyrannorum lacerata est;* — *pollui*: L. Comm. 11, 6 *deorum templa pollutus stupris et humano sanguine* (pass. ib. 5, 11; — *suspectus* act. Sp. Seu. 15, 5 *suspectus unumquemque idoneum imperio*, cf. Amm. XXIX, 4, 5.*) Sic Tacitus Ann. XIII, 17 (si cod.

*) Quod huic usui iunctum quodammodo est, persaepe nostros *patiendi modo* abuti solere in sensu plus minus *reflexiuo*, obiter hic ad marginem annotaui, quoniam neque nouum aut poetarum tantum hoc est (exempla si quis desideret uel apud Ramshorn Gramm. Lat. 161, 2, c reperiet), et a me istos libros saepe relegente usque tamen ad cetera posthabitum, ita ut, cum non cuncta enotassem, ne ea quidem quae in promptu haberem omnia, sed paucula et luculentiora prompsisse contentus fuerim: Sp. Car. 3, 3 *mulieres occidere conatus est, sed ob hoc*

Med. credimus) 'illusum esse' pro 'illusisse' scripsit, sic Petronius 45 et 64 'delectari' pro 'delectare', 74 'somniari', pro 'somniare' ('qui in pergula natus est, aedes non somniatur'), 48 'fastiditus est' act.; porro complura huiusmodi apud Appuleium leguntur, ut 'caleri' antiquissimorum exemplo, item apud Tertullianum, ut 'poeniteri' (u. de utroque Kretschmann p. 81); 'honoratus est' pro 'honorauit' Solin. 1, 12 al., Ampel. 2, 5; 'affectatus est' pro 'affectauit' Fulg. M. III, 2 (praeeunte Varrone, Diomed. I, p. 382 K.).

2. De *enallage*, *pleonasmo* et *ellipsi praepositionis* in uerborum quae cum praepositione componi solent usu, quia id latissime patet apud nostros, infra seorsim egimus paullo copiosius.

A) *Enallage praepositionis: Abradere* pro eradere (L. Hel. 18, 1, al.): C. Gord. 31, 7 *neque imagines eius tollere, neque nomen abradere; — adnoscere* pro cognoscere: C. Ver. 7, 7 *ne Marcus in Syriam ueniret et fla-*

---

*retentus* (est), *ne augeretur fratris occisi crudelitas*, L. Comm. 17, 2 *per athletam cum quo exerceri solebat* (cf. Nep. Epam. 2, 5; sed V. Aur. 4, 1 *se exercere*), Alex. 37, 11 *ipse cibo plurimo referciebatur, uino neque parce neque copiose, adfatim tamen* (γρ. reficiebatur), C. Ant. P. 13, 1 *cum esset longus et senex incuruareturque, tabulis in pectore positis fasciabatur*, V. Firm. 2, 1 *dicentes illum* (Firmum) *percussa moneta Augustum esse uocitatum;.. de graecis autem libris conuicit, illum autocratora in edictis suis esse uocatum;* Tr. Gall. 2, 7 *uictus est Macrianus,.. deditusque omnis exercitus Aureolo imperatori.* Coaeuorum cf. Eutr. X, 3 'ad Gallias profectus est (Maximianus), ut Constantino genero *iungeretur*', Amm. XXVI, 5, 13 'statuit nusquam interim extra confinia *moueri* Gallorum', XVI, 3, 2; ib. 5, 6 'post quae ad procudendum ingenium *uertebatur*', Veg. r. m. I, 20 'qui (sc. leues armaturae) cedentes, si proelii necessitas compulisset, inter principia legionum *recipi* solebant', all. Econtra interdum actiuum quasi instar medii est, per ellipsin pronominis reflexiui, ut Sp. Car. 10, 4 *eam matrimonio sociauit* (sc. sibi), ib. s. 6 *nam cum Germanici et Parthici.. nomen adscriberet* (sc, sibi).

*gitia eius adnosceret*, Tr. Claud. 4, 1, Sp. Hadr. 11, 1 *laborabat, ut condita militaria diligenter agnosceret*, — ib. 8, 9 *causas* (C. Ant. Ph. 24, 9 *capitales causas ipse cognouit); —* minus noue q. intelligere Hadr. 26, 8 *cum eius uerba nullus agnosceret*; — *adponere* pro *im*ponere: V. Aur. 6, 2 *huic signum* (i. agnomentum) *exercitus apposuerat 'manu ad ferrum'*, Tr. Cl. 5, 5 (cf. L. Comm. 5, 15 *ficti criminis appositio); — adscribere* pro *in*scribere: Sp. Seu. 22, 3 *Victoriola quae ipsius nomine adscriptum orbem tenebat; — adterere* pro obterere: Tr. Cl. 7, 6 (Gothos) *superauit, breui tempore adtriuit*, al. (u. III, 5); — *accolae* pro *in*colae. C. Alb. 11, 1 *quo facilius sibi earum* (ciuitatum) *accolas conciliaret* (cf. Sp. Car. 3, 2 *ad palatium redit*, Hdr. 2, 1 *ad patriam redit); — alloquium* pro eloquium (i. stilus cf. III, 3): Tr.XXX, 1, 1 *non historico nec diserto, sed pedestri alloquio.* — *Consequi* (sc. intellectu) ut uulgo *ad*sequi i. condiscere: Tr. XXX, 28 *tanti fuit ardoris ad studia, ut breui consecutus quae insinuauerat grammaticus esse dicatur*; — *conspergere* pro *in*spergere: L. Hel. 21, 4 *albas in uicem piperis piscibus et tuberibus conspersit*, cf. Col. XII, 39; cf. et infra respergere; — *constringere* pro uulg. *ob*stringere: L. Alex. 15, 3 *iureiurando se; — confector* pro *in*fector: V. Aur. 29, 3 *missis diligentissimis confectoribus requisiuerunt tale genus purpurae.* — *Deprimere* pro *op*primere: Sp. Hadr. 5, 8 *ad deprimendum tumultum*, Tr. Gall. 1, 1 *unde incipienda est Gallieni uita, nisi ab eo malo, quo eius uita depressa est? — detinere* pro *con*tinere: Tr. Cl. 1, 1 *eo libro qui Cleopatranam etiam stirpem Victoriamque nunc detinet.* — *Efficere* pro *per*ficere: L. Alex. 26, 7 (u. III, 1); —

*excidere* pro *ab*scidere: Vulc. Cass. 4, 5 *multis desertoribus manus*, C. Alb. 9, 6 *caput;* — *¿exhibere* pro *ad*hibere: Sp. Hadr. 19, 2 *ut operi* (h. e. transferendo colosso) *elephantos uiginti quatuor exhiberet.**) — *Jlligare* pro *ad*ligare: C. Macr. 12, 8 *Mezentii supplicium, quo ille uiuos mortuis illigabat* (cf. Verg. Aen. VIII 485 sq.); — *immittere:* C. Pert. 12, 1 *immissa barba* (i. promissa Sp. Hadr. 26, 1 al., uel demissa C. Ver. 10, 6); — *imponere* pro praeponere (u. III, 1). — *Prouenire* pro *ob*uenire, obtingere: Sp. Hadr. 2, 8 *sors, quam ex Sibyllinis uersibus ei prouenisse dixerunt*, L. Alex. 13, 4 *nutritor Philippus prouenit* (ei) *casu unus e rusticis.* — *Residere* pro *prae*sidere: Sp. Hadr. 13, 1 *multa in Athenienses contulit et pro agonotheta resedit*, C. Ver. 3, 2, cf. L. Al. 29, 5; — *respergere* pro *ad*spergere: C. Ver. 10, 7 *ut capiti auri ramenta respergeret;* — *respicere*: Vulc. Cass. 6, 2 et Tr. Valer 6, 5 *arma militum*, pro *in*spicere (ut est V. Aur. 9, 3 al.). — *Submittere* pro *de*mittere: L. Hel. 33, 7 *in Tiberim submissus est;* — *submouere* pro *a*mouere (u. III, 4); — *subtrahere* pro *de*trahere: C. Ant. P. 7, 7 *salaria multis subtraxit, quos uidebat otiosos accipere;* — *suscipere* pro *ac*cipere, ut nomen delatum e. c. L. Alex. 10—12 aliquoties (11, 2, 3 acc. et susc. alternatim**), statuam C. Ant. P.

---

*) De aequalibus illorum temporum scriptoribus e. gr. Arnobius ex - pro de- habet in *exponere*, ut IV, 26 *nomen uirginitatis*, ib. 21 *fletum.*

**) Sic etiam *re*cipere saepius, ut C. Pert. 5, 6, L. Al. 12, 3, et ib. 1, 3 et 2, 1 idem easdem res alternatim dicitur recipere, adsumere, accipere. Cf. percipere C. Max. Balb. 8, 1 *decretis imperatoriis honoribus, percepta tribunicia potestate* etc.

6, 8, sacra Eleusinia Sp. Hadr. 13, 1 (matris deum sacra accipere L. Hel, 7, 1), tributa C. Ant. P. 6, 1 *procuratores modeste s. tr. iussit*, cf. Sp. Hadr. 13, 7 (q. exigere, sed sic etiam accipere Sp. Pesc. 3, 8; susc. pecuniam etiam App., Dig.); cf. et Sp. Seu. 24, 1 *corpus Seueri a Britannia Romam usque cum magna prouincialium reuerentia susceptum est.* — *Superducere* pro *in*ducere (uel saltim superinducere): C. Ant. Ph. 29, 10 *ne tot liberis superduceret nouercam* (Plin. ep. VI, 33, 2 *illi nouercam induxerat)*. Comparet illud uerbum Tert. de anima 36 *animam carni s.*, cor. milit. 11 al., dein ap. postt. Cf. superesse pro praeesse Arnob., ut IV, 9 *libidinum superesse tutelis* (sc. deos quosdam).

B) *Composita pro simplicibus.* Hoc in genere praecipue cum alias tum apud nostros *ad-* et *de-*, apud ceteros etiam *re-* frequentantur, ita ut his praepositionibus plerumque nil nisi intendatur ipsa uis uerbi. Verba hunc in modum augmentata enotaui haec:

*Accipere* pro *capere*, — ex parte quidem 1) ita, ut, si sensum attendas, magis pro '*sumere*' dici uideatur, ut accipere cibum, uestem, h. g. al., cum uulgo sumere cibum (etiam Sp. Pesc. 10, 6. 11, L. Alex. 30, 5), s. uestem, togam (Liu., Val. Max., all.) dici soleat: L. Alex. 61, 2 *pranderat publico conuiuio id est.. cibo militari accepto*, C. Gord. 28, 6 *cum sistendi uentris gratia poculum iuberetur accipere*, Sp. Hadr. 23, 16 *accepto antidoto*, al.; ita Plin. IX, 33, 69 *aquam acceptam ore*, et freq. postt., e. c. Dict. V, 5 *ibi acceptis epulis pernoctant*, Coel. Aur. II, 40, 234, all.; — Sp. Hadr. 10, 5 *ut uestem humillimam frequenter acciperet, sine auro balteum sumeret*, L. Alex. 42, 1 *hoc so-*

*lum imperatorium habens quod lacernam cocceam accipiebat*, ib. 40, 8 *praetextam togam nunquam nisi consul accepit*, ib. s. 9., Tr. XXX, 30, 2 *diademate accepto* (sumere diad. Val. Max. V, 7, ext. 2 ex.); cf. Iuu. III, 103 *accipit endromidem*, Plin. ep. IV, 25, VI, 16, 8; Veg. r. m. II, 16 *antesignani loricas minores accipiebant*, .. *centuriones uero habebant cataf ractas* al., Iul. Valer. II, 14 *accepto habitu quem deus praemonstrauerat*, all.; — Vop. Aur. 1, 9 *accepi libros graecos et omnia mihi necessaria in manum sumpsi*, *ex quibus quae digna erant memoratu in unum libellum contuli*, cl. ib. s. 6; L. Hel. 7, 1 (u. supra s. u. suscipere), al.; — 2) prorsus pro '*capere*': ut capere (ab aliquo) pecuniam (sc. contra leges, per uim) dici solet, sic accipere Sp. Pesc. 3, 8 *ipse a milite nihil accepit, cum tribunatus ageret, nihil accipi passus est. nam et imperator iam tribunos duos, quos constitit stellaturas accepisse, lapidibus obrui iussit*, al.*); — *addere* pro dare (siue pro ad-ficere alicui aliquid, ut Vop. Aur. 9, 6; ut dare pro facere accipiatur) **): C. Maximin. 5, 4 *Maximi-*

*) Sic *recipere* pro capere Justin. frequenter, ut XI, 11, 1 *inde Rhodum Alexander Aegyptum Ciliciamque sine certamine recepit*, cf. Benecke ad eund. p. 26.

**) *Dare* q. facere: V. Car. 13, 2 *Aper dignum moribus suis exitum dedit*, L. Hel. 24, 7 *constituerat columnam unam dare ingentem*, . . *ita ut in summo Heliogabalum deum collocaret*, C. Maxim. 5, 5 *illum tribunum legionis IV dedit*, Sp. Hadr. 2, 2, ib. 4, 9, Tr. Cl. 14, 2. Proinde *reddere* q. reficere, h. e. uel: restituere, uel etiam: denuo facere aliquid, instaurare. Prius illud nostris frequentatum est, ut: V. Aur. 41, 7 (respirare imperante Claudio coeperat res p.,) *ad eadem reddita* (i. in integrum restituta) *fuerat Aureliano toto orbe uincente*, 17, 4, Car. 2, 6, Tr. Val. 4, 2 *rem R. in pristinum statum reddidit*, C. Max. Balb. 17, 1. 2 *reddere rem p.*, *senatus pristinam dignitatem*, — Aur. ap. V. Aur. 31, 7 *templum Solis ad eam formam uolo quae fuit reddi*, Car. 19, 2 (cf. Lact. de mort. persec. 48, 13 *ut conuenticula in statum pristinum redderentur*); — sim. q. reponere Tr. XXX, 21, 6, q. recuperare h. e. rursus suum facere V. Sat. 9. 5, Tr. XXX, 10, 9 *epistola Claudii tunc priuati, qua Regaliano gratias agit ob redditum Illyricum*

*nus tribunus, cui ego latum clauum addidi*, Sp. Seu. 7, 8 *eum* (Pertinacem) *inter diuos sacrauit, addito flamine*, cl. s. 7, Carac. 9, 12 (proprie tamen ib. s. 11, al.); cf. Seru. ad Verg. Georg. IV, 149; — *addiscere* pro discere, cognoscere: L. Alex. 3, 5 *quos dignos ad id esse uidebat, singula quaeque, quae publice et priuatim agebat, se ipso docente uolebat addiscere;* cf. Just. II, 3, 13 *quos cum uenire rex addidicisset* (codd. mell., Ieep tamen: didicisset); al. addiscere =discere C. Ver. 5, 8; — *affingere* pro fingere: Tr. Cl. 6, 5 (armatorum CCCXX millia: quis tandem Xerxes hoc habuit?) *quae fabella istum numerum affinxit?**); et sic porro alia, licet non plane nouo quaeque exemplo, composita cum *ad* praep. pari atque simplicia ui usurpari deprehendimus, ut *accrescere* Tr. Cl. 6, 3, *accurare* L.Hel. 31, 7 (alternante ibidem simpl. 'curare'), *aduelare* L. Comm. 15, 3 (u. III, 3), *afferre* C. Maximin. 30, 1 (u. III, 5), all.**); — *Comedere* pro edere: L. Hel. 23, 8 *ad mare piscem nunquam comedit*, 24, 1; 29, 7, C. Ant. P. 13, 2, V. Tac. 11, 3, saepius (promisce simpl., ut L. Hel. 30, 2); sim. *conuictus* quotidianus V. Car. 14, 2 pro uictus quotidianus (Plaut.

(i. Romano imperio restitutum). Altero quem diximus modo C. Macr. 12, 8 *reddidit etiam Mezentii supplicium* rell. (i. reuocauit, instaurauit), cf. L. Hel. 29, 5. Ratione eadem *praeditus* pro praefectus Fronto ep. ad M. Caes. III, 9 *deus ei rei praeditus*, ad M. Ant. de eloq. 1 p. 146 Nab., App., e. c. D. Plat. II, 25 *magistratibus sorte quadam ei negotio praeditis*, cf. intpp. ad De deo Socr. 6.

*) Haud scio an noue etiam attrahere pro trahere i. e. allicere V. Car. 15, 6 *ad hanc atrocitatem occisionis.*

**) Fest. p. 333 spectio (in auguralibus) interpretatur *aspectio*, sui nimirum temporis uocabulo; Tert. scorp. 13 *assequi* pro sequi dicit; etiam Plin. min. praepositione luxuriante *addubitare* ep. II. 19, 1, ad Tr. 118, 1, *alligare* ep. IV, 1, 2, Frontinus *adnunciare* strat. I, 9, 2, III, 8, 2 (etiam Plin. mai., serr.), *appetere* insidiis II, 5, 30, *attollere* clamorem III, 9, 5.

Capt. 851)*); — *Decidere* pro cadere: L. Al. 60, 4 *laurus ingens et antiqua tota subito decidit*, *arbores fici tres ante illius tentorium deciderunt* (reg. Sp. Seu. 22, 3 *de podio*, Hadr. 14, 3 *fulmen*, cf. Suet. Galba 8); — *deducere* pro ducere: Sp. Seu. 15, 1 (erat in sermone, Parthicum bellum affectare Seuerum gloriae cupiditate) *non aliqua necessitate deductum*, cf. Vop. Aur. 28, 3 (reg. Tr. XXX, 26, 4 *ad campum*); audacius etiam Tert. non modo deducere (an. 43), sed deductor pro ductor, ut cor. mil. 4 *spiritum dei deductorem omnis ueritatis*, apol 21, al.; — *denegare* pro negare (i. e. factum esse alqd): C. Gord 21, 5 *quamuis Pompeius obesi corporis fuisse denegetur* (Tac. s.); — *deperire* pro perire: V. Tac. 16, 7 *ne Probo indicto deperirem*, C. Gord. 26, 1 *ut ciuitates terrae hiatu cum populis deperirent* (cf. умиратъ, *no*mirt, et sim. Hor. ep. II, 1, 40, nam ceteri fere auctores aliter, ut e. c. et Trebell., q. *de*crescendo sensim perire, XXX, 8, 9, ib. 10, 9, Gall. 14, 5); — *deportare*: Sp. Car. 9, 10 *sacra Isidis Romam deportauit* (Justin.); — *derelinquere* pro relinquere: C. Ant. Ph. 18, 4 *hic filium Commodum dereliquit*, Tr. XXX, 12, 1 *indignos se posteros*, ib. s. 12 *utcunque rebus in orientem derelictis;* cf. Mamert. gr. act. Jul. 10, Amm. XXXI, 4, 5, all. serr.; — *deterreri* pro terreri: C. Ant. Ph. 5, 3 *ubi comperit se ab Hadriano adoptatum*, *magis est deterritus quam laetatus*; cf. Dict. IV, 20 ex. *hostes metu sui adeo deterruit*, *ut uix se moenibus defensarent*; et sic (q. ualde

*) Cf. congaudere Sulp. Seu. ep. 2, 11 *laetus ulceribus congaudensque cruciatibus;* etiam conuulnerare, ita quidem, ut est Just. II, 6, 20; conuenire quasi pro uenire Auian. fab. 9, 6 *in mediam praeceps conuenit ursa uiam*, aliique serr., quos cit. Wopkens aduers. u. II, p. 25 ed Lips.

terrere) iam App. M. V, 11; — *detinere* pro tenere: C. Gord. 27, 3 *ut totum orientem Romana res p. detineret;**) — *Dissoluere* (quaestiones) pro soluere Sp. Hadr. 20, 2, — quemadmodum *absoluere* Macr. Sat. VII, 6, 14 *te conuenio, ut quod quaerendum mihi occurrit absoluas*, Sulp. Seu. Mart. 25, 6, chr. I, 11, 6, II, 2, 4; — *Efficere* pro facere: Alex. ap. C. Gord. 5, 3 *neque gratius mihi quicquam neque dulcius potuistis efficere, quam ut Gordianum proconsulem ad Africam mitteretis*, Tr. Cl. 6, 1 *ne id fieret, quod effectum est;* cf. Vict. ep. 39, 2 *is Maximianum Augustum effecit*, 36, 3 *Septimius imperator effectus mox obtruncatur*, 31, 1 saep., Caes. 4, 3, uir. ill. 65, 6, Dict. IV, 14 *uitem auro effectam;* item *perficere* pro facere C. Gord. 24, 1; — *effictus* C. Ant. Ph. 29, 6 pro fictus i. e. simulator (ut C. Alb. 12, 10, al.); — *effrondescere* (u. I, 1) pro frondescere;**) — *Praesumere* pro sumere: Treb. Cl. 11, 8 *nec sola de hoste uictoria, sed etiam uindicta praesumpta est;* item saepius Orosius, ut VII, 32 (Burgundiones) *nomen ex opere praesumpsisse, quia crebra per limitem habitacula constituta burgos uulgo uocant: eorumque esse praeualidam manum, Galliae hodieque testes sunt, in quibus praesumpta possessione consistunt*, ib. 36, II, 52; — *Recognoscere* (se) pro cognoscere (Verg. Aen. XII, 903) uel = agnoscere: C. Gord. 30, 1 *cum ille se imperatorem recognosceret*, Tr. XXX, 8,

---

*) Sic *deuersari* pro uersari (q. esse) Tert. poen. 1 *in poenitentiae actu*, *deprecari* pro precari App., Just., et saepius Dictys, e. c. III, 21; apud eund., sed antiquioris auctoritatis: *denubere*, *deseruire;* — *deparcus* Suet. Nero 30 in., intentiue, sicuti expallidus id. Cal. 50.

**) Cf. *edicere* pro dicere Tertull. cor. mil. 10 al., *excolere* pro colere Just. XXXVI, 3, 4.

10; cf. Arn. III, 9 *insigniti his locis, quibus sexus se solent libidinum propriarum admonitionibus recognoscere;* omnino recognoscere pro cognoscere freq. Tert., ut Apol. 3 s. f., 4, 17, 37 in. al.; — *relegere* pro legere: V. Aur. 24, 7 *haec et a grauibus uiris comperi et in Vlpiae bibliothecae libris relegi;**) — *Summittere* pro mittere: L. Alex. 21, 4 *ut siquis imperatorum successorem praefecto praet. dare uellet, laticlauiam eidem per libertum summitteret.*

C) *Simplicia pro compositis, praepositione abiecta,* quaecunque deprehendi, per literas proposui, promiscue siue noue, siue ad exempla hac detractione affecta esse uidebantur: *Aestimare* pro existimare, seq. acc. et inf., passim, ut C. Ant. Ph. 14, 5 *Lucius redeundum esse censebat, Marcus autem fingere barbaros aestimans fugam* . ., Jul. Atherianus ap. Tr. XXX, 6, 6 *Victorino neminem aestimo praeferendum,* Tr. ib. 19, 3, V. Aur. 41, 13 *idque uos omnes aestimo esse facturos,* Tac. 8, 1; 12, 1, Firm. 2, 3 (regul. e. c. Tr. Val. 6, 3 'tu aestimabis, qui manere in curia debeant'); interdum sic all. postt., ut Tert. Ad nat. I, 11 . ., cf. Oehl. ad Apol. 16 (alias aest. et exist. discernit, ut Ap. 21),**) Vict. Caes. 38, 6 *Numerianus amisso patre simul confectum aestimans bellum,* Solin. 11, 20, Arnob. V, 1, Macrob. Sat. I, 10, 15 et

---

*) Alia *re-* praefixa pro simplicibus noue usurpata apud nostros non inueni; recedere C. Ant. Ph. 5, 3 pro cedere u. discedere nouum non est, — reuertamur (ad Saloninum) Tr. Gall. 18 ex. (pro: uertamus nos) propria huius praepositionis significatione tribuendi debiti non caret, cf. Cic. Fat. 4, 7. Aliorum in promptu habui: *recidere* App., *recipere* (u. supra p. 56), *reddere* (cibum) Coel. Aur. VI, 1, 8, *reficere* (poemata) App. Flor. 9, p. 12, 2 Kr., *remittere* Fulg. M. I p. 610, Dict. VI, 5 ex., *respicere* Dar. 10, 21, 24, 33, *retinere* Vict. Caes. 1, 5; 33, 28, Dict. III, 20, all., *retrudere* Sulp. Seu. Mart. 4, 6.

**) Apud eundem *aestimatio* = existimatio, opinio Apol. 1, 24, An. 9, al.

saepius, Cod. Theod. XV, 1, 7 *diuersi iudices nonnulla opera in quibusdam urbibus aestimant exstruenda* (in Cod. Just. XII, 1, 7 repositum: existimant), etiam Phaedr., Amm. (quos cit. Klotz. Lex.), cf. Buenemann ad Lact. epit. inst. 57, 11; — *agere* q. pro adigere C. Ant. Ph. 2, 6 *cum humi cubaret, uix autem, matre agente, instrato pellibus lectulo accubaret*; — *caedere* pro occidere, ueluti V. Car. 3, 7 *sic Aurelianus occisus est, sic Probus caesus*, Tr. XXX, 22, 3; — *citare* (affectum): L. Hel. 29, 3 *ut de his omnibus risum citaret*, — pro *ex*citare, ut et id. ib. 21, 1 *ridiculum pauorem*; — *cultus* pro occultus: V. Aur. 24, 1 *locum, qua posset Aur. cultus ascendere;* — *dare* pro edere (u. III, 3); — *firmare* pro *af*firmare, ut Sp. III, 3 Hadr. 4, 5 *corrupisse eum Traiani libertos . . opinio multa firmauit*, — et sic quidem iam antea Lucr. III, 319 al., Tac., post Amm. XV, 6, 2, XVI, 2, 3 al., C. Th. XI, 34, 1 et 2, all.; — item firmare pro *con*firmare, ut C. Ant. Ph. 7, 3 *ut successorem eum firmauit*, C. Alb. 3, 2 *accepit imperium, et quidem Seueri uoluntate firmatum*, C. Ant. Ph. 9, 9 *hanc legem firmauit;* cf. Tac. Ann. I, 71; — *formare* in ueterem statum Tr. XXX, 5, 1 pro eo, quod paulo inferius ipse dicit, *re*formare in u. st.; — *gregare* pro *con*gregare V. Tac. 13, 3 *Maeotidae se gregabant;* cf. Sulp. chr. I, 19, 6 *ad se gregare aliquos;* — *legere* pro *de*ligere: C. Ant. Ph. 5, 1 alqm in adoptationem; — *linquere* pro *re*linquere Tr. Gall. 9, 2, — non sane insolitum, saepius Curt., u. Mützell ad III, 12, 2, Plin; — *ponere* pro *ap*ponere; V. Aur. 12, 3 *de adrogatione me dixeram aliqua positurum*, 15, 3 *quoniam superius epistulam posui, qua sump-*

*tus Aureliano ad consulatum delatus est, quare posuerim, rem quasi friuolam, eloquendum putaui*, Tac. 18, 1, Treb. Gall. 12, 2, XXX, 6, 5, cf. V. Aur. 14, 1 *quae apponenda decreui* (i. e. uerba Aureliani); — *prehensio* pro *re*prehensio Sp. Hadr. 2, 1 codd. (u. Peter): — *putare* pro *de*putare: L. Alex. 34, 2 *singulis ciuitatibus putauit alendos singulos*, Diad. 2, 1 *dabimus per cuncta quinquennia id quod hodie putauimus;* — *sacrare* pro sollemni *con*secrare: Sp. Seu. 7, 8 *eum inter diuos sacrauit;* — *signare* q. pro *con*signare (transl. q. confirmare): C. Alb. 4, 5 *quod uerum esse patris epistula signat;* — *sternere* alicui aliquid q. pro substernere: Sp. Ver. 1, 1 *in animo mihi est, . . illos etiam qui Caesarum nomine appellati sunt . ., cognitioni numinis tui sternere;* — *struere:* Sp. Seu. 21, 12 *Seueri porticus a filio structa;* — *tenere* pro *re*tinere, ut L. Alex. 37 ex. *quod solum ex diuerso genere conditorum Heliogabali tenuerat*, al.; — pro *con*tinere: C. Gord. 29, 1 *qui se in nouitate atque inormitate fortunae non tenuit, ita ut statim Gordiano per milites insidias faceret;* al. Tr. XXX, 31, 7 *ut tyrannorum XXX uitae hoc uolumine tenerentur* (plura de hoc uerbo quaeque ex parte huc pertinere uideantur, inferius III, 4 contuli); — *tuli:* a) pro *ab*stuli*) (quod ipsum e. c. L. Comm. 13, 6, Hel. 6, 9 exstat), ut L. Diad. 5, 2 *huic eidem aquila pileum ambulanti tulit*, Alex. 4, 2, Sp. Seu. 9, 5 *Neapolitanis ius ciuitatis tulit*, Vulc. Cass. 4, 2 *qui aliquid prouincialibus tu-*

---

*) Huius ellipsis, olim poetis, sed solis, frequentatae, exempla duo ecclesiasticorum saec. 4 attulit Casaub. ad. Sp. Hadr. 18; adde Vlp. Dig. XLVIII, 13, 6 *qui templum effregerunt et dona dei noctu tulerunt*, et p. inf.: *si qui interdiu modicum aliquid de templo tulit*, id. ib. IX, 2, 27, 27.

*lissent per uim*, Vop. Aur. 49, 7 *calceos mullos et cereos .. uiris omnibus tulit*, *mulieribus reliquit* (sed *sus*tuli q. pro abstuli Vop. Prob. 23, 4 *res p.*, *cui talem principem sustulistis*, — et auferre pro tollere L. Alex. 39, 2); — b) pro *sus*tuli (quod ipsum e. c. C. Pert. 9, 3 habetur), ut Sp. Hadr. 18, 9 *ergastula tulit*, C. Pert. 6, 8 *quaestiones maiestatis penitus tulit*, Sp. Jul. 4, 8 *multa, quae Commodus statuerat, Pertinax tulerat, restituit* (contra solitaneo, ut uidetur, significatu C. Ant. Ph. 9, 9 'hanc legem de assertionibus firmauit, aliasque de mensariis et auctionibus tulit'), — it. pro sustuli ea ui, qua tollere qm e medio al. dici solet, C. Ant. Ph. 15, 5 *quod Verum ueneno tulerit;* — pro attuli L. Hel. 35, 1 *cum iam aliorum* (uitas) *tulerimus;* — *uellere* pro *e*uellere: V. Prob. 19, 3 *arbores radicitus uulsae*, Sp. Car. 9, 2 (etiam ante alii); — *uertere* pro *re*uertere: Tr. XXX, 15, 4 *Ctesiphonta usque Saporem persecutus ad orientem uertit.*

Alia, ut pellere C. Gord. 24 ex., quaerere (= requirere) V. Car. 13, 1, Sp. Pesc. 7, 7, tanquam nimis uulgata omisi. Omnino autem hanc simplicium pro compositis usurpationem, poetis omnium temporum familiarem, magis magisque etiam in rhetorico posteriorum eloquio increbruisse, partim adeo in uulgarem irrepsisse sermonem satis constat. Tacitina exempla nuper Draeger contulit (Ueb. Syntax u. Stil des Tacitus, Leipz. 1868, p. 8 sq.), ut grauescere, ualescere, uanescere, flammare, quatere, rapere (= abripere), uertere (= euertere), all. plura. Aliorum scriptorum aliqua infra scripsi: *flictare* pro afflictare Arn. IV, 24; *functus* pro defunctus i. mortuus Sen. trag., Stat., Itin. Alex. 4;

*fundere* pro refundere ib. 21 *tela imminentium fundere, trudere* (pro retrudere) *infestantes; natare* pro tranatare ib. 28 *amnis omnem latitudinem natat; parere* pro apparere (reualescente nimirum ui primaria) iam ap. Suet., dein App. M. I, 14, V, 4, ad q. l. cf. Hildebr., Firm. err. rel. p. 14, 20 Bu. *quidquid sum, simpliciter pareo*, p. 22, 14; *pensius* (comp. adu.) pro impensius Sulp. Seu. chr. I, 35, 9, Symm. ep. II, 34; *petere* pro repetere App. Met. IV, 8; *pilare* pro *ex*pilare Amm. XXI, 5, 8 al.; *premere*, ut e. c. Aug. Ciu. D. V, 12 *ceteras cupiditates huius unius ingenti cupiditate presserunt; radere* (nomen) pro eradere Tac. Ann. III, 17, Vict. Caes. 11, 8, ib. 17 s. f., ep. 11, 13; *stringere* pro perstringere Tert. adu. Marc. V, 12 *quod in epistula strinxit; struere* pro obstruere Arn. III, 43 *structae aures; trudere* u. superius 'fundere'; *uestigare*, ut Plin. VIII, 50, 118 *uestigant cauernas*, Tert. Apol. 2 p. 119 O. *latronibus uestigandis*, Fulg. M. III, 10, p. 733 *uestigandae rationis.*)*

3. Quod ad *substantiua* attinet, primum in his quoque aliquoties *genus* uidemus permutatum. Ita neutro genere habentur: *carrum* Tr. XXX, 8, 5 *carra uenientia*, — quod tum consuetudinis fuisse Non. p. 132 testatur (iam B. Hisp. 6); — *clypeum*: Tr. Cl. 14, 3 *clypeus aureus uel, ut grammatici locuntur, clypeum aureum*; — *manipulum*:

---

*) Quaedam falso ad hanc figuram retulere, ut Sillig ad Plin. XXXV, § 46 *cernere*, u. Plin. XXXII, 26, 87, Tert. de fuga in persec. 2; et *loqui* c. acc. Tert. adu. Marc. IV, 22, adu. Hermog. 31 neutro loco est pro alloqui, sed = loqui de aliquo, cf. Treb. Claud. 3, 2 *Claudium principem loquor;* atqui sic iam antt., ut Cic. Mil. 23, 63, Tac. Hist. I, 50.

Sp. Hadr. 10, 2 *inter manipula*; — *penum* L. Hel. 6, 7 (in penum erile Afran. ap. Prisc. V, 45 et VI, 76); — ¿*fasceolum:* V. Aur. 4, 6 *uinctum fasceolo*, Veg. u. II, 57 *fasciolo superligabis* (fasciola Cic. har. resp., Hor.), et iocus plur. ioca C. Ant. P. 11 ex., Ver. 7, 4 more prisco, — quemadmodum libra pro libri Petr. 46, margaritum id. 63. Quanquam dubito an pronior fuerit sermo plebeius ad contrariam in genus masculinum permutationem, ut apud eundem Petronium comparent balneus 41, candelabrus 75, coelus 39, fatus 42, 71, 77 (¿ = genius), reticulus 67, uasus 57, uinus 41, ap. Isid. et in gloss. pulpitus, all., in C. Inscr. Lat. Berol. II, n. 266 'hic munimentus', 3222 'factus est horreus', cf. Cur. Fortun. art. rhet. 3, p. 123 Halm *Romani neutra multa masculino genere potius enuntiant ut 'hunc theatrum, hunc prodigium'*, — qualia sane apud nostros nulla inueniuntur, nisi quod *uulgus* masc. uetustiorum exemplo (Non. p. 156 sq.) Lampr. dixit Hel. 21, 6 *uulgum ad bibendum inuitauit*, Alex. 48, 6 *uulgum hanc rem Traiani putare* (sed cf. Neue I, p. 679 sq.). Feminino genere *bubo* habes L. Comm. 16, 5 (auctore Verg. A. IV, 462) et *optimas* V. Bonos. 15, 6 *optimates Gothicas* (adi. Enn. matronae optimates), et feminina forma *camela* Tr. Cl. 14, 3 *camelas annuas X* (cameli L. Hel. 20, 5 . .). Memorabilis autem maxime est generis usus in uocabulo quod est *dies*, in quo non modo contra ac solet femininum genus exsuperat (30 : 17), sed ratio differentiae et certa sane lex, quam nostri uidentur sequi, alia est ac ueterum. Nam quoties a) diem singulum ut particulam temporis quasi numerum in serie temporum determinant, quo uel quoto die

aliquid euenerit significantes, apposito adiectiuo ordinali (primus, quartus, posterus . .) aut pronomine (alter, alius = alter, idem, is qui) contra consuetudinem femininum fere genus exprimere solent, — cum autem b) dies per se quasi totum aliquod temporeum, siue proprie dies h. e. spatium diurnae lucis siue figurate omnis dies h. e. uita hominis significatur, neque tam quo die aliquid acciderit, quam qualis fuerit uel cuius negotii dies (dies ludorum, dies senatus) aut quatenus dies, totusne an ex parte sit intelligendus declaratur, — tum masculino genere semper omnes, excepto Vopisco, utuntur. Elucescit haec differentia maxime ubi iuxta utrumque habetur, ut Lampr. Alex. 13, 5 *fertur die prima natalis eius toto die apud Arcam Caesaream stella primae magnitudinis uisa*, cf. C. Pert. 11, 2 et 3, Maxim. 25, 1—3. Cetera exempla infra digesta rationem, quam proposui, et comprobabunt et magis illustrabunt: a) Tr. XXX, 8, 2 *una die factus est imperator*, *alia* (i. e. altera*)) *die uisus est imperare*, *tertia interemptus est*, L. Hel. 32, 4 *una die . .*, *alia die . .*, it. C. Ant. P. 12, 4. 5; Sp. Seu. 7, 4 (ingressus Romam armatus cum armatis militibus Capitolium ascendit . .) *alia die*

---

*) Huius abusionis (prioribus quidem in plurali magis forma obrepentis) exempla haec interim habeto: Plaut. Capt. 455, 507 . ., Plin. XI, 19, 59 'circa Thermodontem fluuium duo genera (apum), aliarum, quae in arboribus mollificant, aliarum, quae sub 'terra', Curt. IV, 18, 8, Juu. VII, 114 (sing.), Just. XXX, 4, 15, Tert. adu. Marc. V, 13, p. 315 (sing.), IV, 1, p. 159, poen. 3, pudic. 2, monog. 8, App. Met. X, 14 . ., Sulp. Seu. chr. I, 11, 5. Inuersa abusione alter pro alius (altro, autre . .) Vop. Firm. 3, 1 'Firmo patria Saleucia fuit, tametsi plerique alteram tradunt', — Aur. 45, 4, Prob. 10, 7, C. Maxim. 8, 4, C. Theod. XIV, 3, 2; sim. iterum pro rursus Sp, Jul. 2, 2 (cl. 1, 7 et 9), cf. Seu. 14, 7, Paul. Dig. II, 13, 7.

*armatis stipatus in senatum uenit*, — et sic *alia die* Sp. Hadr. 17, 7, it. L. Hel. 19, 2, Al. 57, 6, usque = *altera die*, quod Sp. Car. 3, 2 exstat; Sp. Seu. 6, 3 *postera die;* C. Pert. 5, 7 *petenti signum prima die tribuno dedit 'militemus'*, it. Sp. Jul. 3, 8; C. Ant. Ph. 28, 4 *sexta die uocatis amicis* . ., C. Maxim. 25, 2 *quarta die*, Vulc. Cass. 6, 2 *septima die*; Tr. XXX, 22, 3 *quadam die*, it. C. Gord. 5, 7; cf. Tert. ieiun. 10 *sexta die*, ap. 21 *die tertia*, App. apol. de magia 2 *postera die* (nisi forte iudicialem dicens, more ueterum recte feminino genere utitur, cf. Neue I, 712 sq.), It. Alex. 84 *uicesima die*, 106 *d. quarta* (alii tamen more ueterum masculine, ut Amm. XV, 8, 17 *haec die octauo id. Nou. gesta sunt*, Panegyr. IX, 19 *illo die*); — b) L. Hel. 30, 5 *sic unum conuiuium uix toto die finitum est*, C. Maxim. 23, 6 *medio die*, L. Alex. 1, 3 *ut et patris patriae nomen et ius proconsulare* . . *uno die adsumeret*, it. ib. 8, 1, cf. Vop. Aur. 4, 1; C. Ver. 1, 8 *natus est XVIII Kal. Januariarum die quo et Nero* (scilicet non eodem, sed alio *tali* die, h. e. eiusdem in calendario loci), sim. L. Comm. 2, 2, C. Maxim. 25, 1 et 3 *interest scire qui dies urbis* (fuerit) . . *dies ludorum erat;* Sp. Jul. 5, 4 *militibus qui Seuerum secuti fuerant dies praestitutus, ultra quem* (quam codd.) *si cum Seuero fuissent, hostium numero haberentur;* C. Ant. Ph. 6, 9 *rogat ut diem tuum* (i. uitam) *claudas*, ib. 18, 1 *diem ultimum clausit*, et in eod. cap. s. 2 *tantus illius amor eo die* [regii funeris] *claruit ut* . ., ubi recte edit. nouiss. 'regii fun.' exclusit, nam 'eo die' est 'eo tempore'; denique in plurali numero, in quo antiquitus gen. masc. unice probatur (cf. Neue 717 sq.), idem habet C. Ver.

8, 8. Quod C. Pert. 6, 3 legitur: *iam postero Kalendarum die gemuerunt milites*, — cum et numeretur dies (postera eius diei, quae s. 2 indicata est) et qualis fuerit describatur (erat d. Kalendarum), posterius ad constructionem praeualuisse uidetur. Repugnant sane regulae duo loci eiusdem Capitolini: Ant. Ph. 28, 8 *septimo die grauatus est*, Maxim. 17, 5 *uino se primo die obruisse dicitur*, — sed cum in altero praecesserit sext*a* die (Ant. Ph. 28, 4), in altero subsequatur s. 6 *alia die . . consilium habuit*, uix cuiquam dubium esse potest, quin utroque loco femininum sit reponendum. Sed Vopisco sua relinquimus, qui scripsit Aur. 5, 4 *manu sua una die quadraginta et octo interfecisse, plurimis autem et diuersis diebus nongentos quinquaginta*, Tac. 11, 1 *ut sextarium uini tota die nunquam potauerit.*

Nomina quaedam *in aliam declinationem* se induerunt, ueluti secundae formas efferunt a) quae quartam regulatim sequuntur *currus* L. Comm. 3, 6 *in curro*, *contemptus* ib. s. 9 *ut fieret contempto* (quemadmodum affecto, conato, sumpto all. e Digestis Schuchardt Vocalismus des Vulgärlateins II, 188, Deo Euento C. J. Lat. II, n. 2412; sim. punctus, i pro punctus, us (Plin.) = punctum Gromat., Boeth. arithm. II, 30, Isid., gloss.)*); — et e cornu factum *cornuum* Tr. Gall. 8, 2 *cornuis auro iugatis*, ut pro tonitru iam pridem (cf. Sen. nat. quu. II, 56, 1) *tonitruum*, quod exstat Tr. Gall. 5, 3 *auditum tonitruum* (sed abl. tonitru V. Car. 8, 3, gen. pl. tonitruum ib. s. 6, cf. Pacuu. in Teucro fr. XV, 2); — b) e 3 decl. transgressa *camelo-*

*) E contra Sp. Seu. 22, 4 '*e cupressu*', — sed non noue.

*pardalus* (u. I, 2), pro edule C. Pert. 12, 3 *edulium*, cf. Amm. XXX, 4, 17, Fulg. exp. serm. p. 779, nam *palumbus* L. Diad. 5, 3 ueterum auctoritate non caret. Terminationem insolitam ostendunt etiam *cardus* pro carduus C. Pert. 12, 2 *dimidiatas lactucas et cardos* (γρ. cardus, ut in ed. Diocl., cf. Charis. I, p. 75, 2 K.), *pedestris* pro pedester V. Prob. 21, 1 *sermo* (Nep. Eum. 4, 3?), et *aduerbia* quaedam deflexa sunt *in —o*, ut (quae supra p. 15 et 32 retulimus) festino, *simulato*, — et *affectato* L. Hel. 17, 4 *illud* (nomen) *a. retinuerat*, qua terminatione multa apud recentissimos quosque siue nouata seu a priscis mutuata comparent.*) Etiam in cetera forma saepius uocabula aliquid habent, quo offendamur, ueluti pro Hispania per aphaeresin *Spania* C. Ant. Ph. 1, 4 scriptum legitur**) (cf. storia sch. Iuu. VII, 99, 103), singulari numero *tenebra* L. Comm. 16, 2 (at Tr. Gall. 5, 2 tenebrae), porro *quinquiplex* (pro quincuplex) Tac. ap V. Prob. 7, 4, Tac. 16, 2, gl. Labb., *septennis* C. Ant. Ph. 21, 3 (Lact. m. pers. 50, 6; uett septuennis), *uoluptuarius* C. Ver. 2, 9, Mart. C., inscr. (ut uoluptuosus Plin. min. sqq., portentuosus et h. g. all. postt.). Alia aut consulto praetermisimus aut aliis locis partim pertractauimus partim tractaturi sumus.

---

*) E. gr. clanculo App., diuerso Ps. Cass., diutino App., dubio id., figurato Tert., iterato (= iterum) Sulp. Seu. chr. I, 33, 2, indebito Dig., indubitato Tert., insperato App. (Plaut.), licito C. Theod. II, 8, 3, Solin., longinquo ICti., nouicio Seru., partiario App. (Plaut.), prouiso Tac. (improuiso uett.), quadrupedo Fronto ep. ad M. Caes. I, 8, p. 22 Nab., solito Isid. or. XII, 4 (solite Coripp., Jorn.), superuacaneo Fr. ad M. Caes. IV, 3, p. 65, tacito Just.

**) Sed ib. 22, 11 Hispania, quemadmodum in inscr. a. 589 C. Inscr. Lat. II, n. 3420, l. 7 Spaniae, l. 8 Hispania.

Sed antequam ab ipsorum uocabulorum formis nouellis ad declinandi formas a consuetudine scriptorum deuiantes transeamus, unum nos moratur notione sane dignum, de quo seorsim aliquid dicendum esse uidetur.

4. Ferebantur nimirum in usu linguae, uulgari potissimum, formae quaedam uocabulorum *compendiariae*, quas aut correptas dixeris, ut electrus (u. I, 1) ex electr*in*us uel, si mauis, electr*e*us, commentum e commentariu*m* (Varro, Cic.), aut apocopatas uel denique decurtatas, ut collega e collegatus, remora (Plaut., all.) e remoramen (Ouid.), repulsa pro repulsio. Quod prae ceteris nominum generibus in uerbalibus iis maxime quae — *tio* (-sio) finita esse solent crebro uidetur usu uenisse, quae compendiata in — *a*, in speciem fere *feminini* participiorum perf. (defensa, puncta) uel nonnunquam adiectiuorum (emenda, proba, quasi a probus, emendus) quam frequentata fuerint in ore uulgi inde elucet, quod pleraque per tantas seculorum uices ad linguas nouellas Latina matre editas permanauerunt (défense, difesa; punta, pointe; amende; preuve etc.). Enimuero huiusmodi formas cum a) antiquiores etiam scriptores usurpauerint nonnullas, plures aliquanto b) apud recentiores comparent (in his quaedam apud nostros quoque), multae aut c) per mediaeualem demum usum latinum innotescunt aut per modernas uoces latinianas repraesentantur. Quae adhuc inueni Latina subdidi, — etiamsi cui uideatur unum et alterum subesse, quod hinc diffindere possit, satis tamen superesse ratus, quo hocce figurae genus rusticulum illustretur. Itaque sunt a) antiquiorum, siue prisca siue usu perpetuata, *impensa*, — *intrita* (intrimentum) Cels., Plin. (e. c.

intrita illitum), — *lamenta* Non. p. 91 *lamentas pro lamentationes Pacuu.* (ceterum cf. Corssen Nachtr. z. lat. Formenlehre p. 130), — *offensa* Cic. epistt., Ou., Vell., Quint., frequentius postt. (V. Aur. 18, 1; 36, 6); — *remora*, — *repulsa*, — ‡*incita* (ad incitas Plaut.; nomen, monoptoton quidem, sec. Charis. I, p. 93), — ‡*uindicta* (= uindicatio); — b) recentiorum: *accessa* Seru. Aen. I, 244 (i. aestuum marinorum accessus Cic.), — *caesa* (caesio) Veget. r. m. I, 12, — *collecta* Hier. *uirginum*, — *clusa*, exclusa (gallic. écluse) Greg. Tur., l. Visig., = conclusio aquarum, u. Ducang., — *compagina* Grom. (compaginatio gloss.), — *defensa* Tert. adu. Marc. II, 18 *a deo expectare defensam*, Vulg., — *deprensa* (deprehensio) P. Diac. p. 71 *d. genus militaris animaduersionis*, *castigatione maior*, *ignominia minor*, — *dispensa* (gall. dépense) gl. *d. impendium*, med. lat., — *ducena* pro ducenaria sc. dignitas Cod. Theod. I, 9, 1 et XII, 1, 5 (ubi et centena = centenaria dignitas), — *expensa* (expensio, ital. spesa) Claudian., Veg. r. m. IV, 34, Dig., — *extensa* (extensio) Vulg., — *lucta* (luctatio, luctamen) Hyg., Aus., Ambros. de Jac. I, 5, Sidon., — *missa* (missio) C. Theod. VI, 26, 3 *missam faciamus* (equorum), Papin. Dig. XLVIII, 5, 39, 34 *si nuptias denunciatio uel ad domum mulieris missa non praecessit*, — aliter (gall. messe) Isid. or. VI, 19, 4 *missa tempore sacrificii est, quando catechumeni foras mittuntur*, Ambr., Greg. M., all., — *plana* (quasi pro planabulum) = runcina Arnob. VI, 4, — *plecta* i. sertum Vulg., eccl., — *puncta* (punctio u. punctus) Veg. r. m. I, 12, — *proba* (probamentum) C. Theod. VI, 31, l. un. (C. Just. XII, 25, 1)

*ut ab stratoribus unus tantum solidus probae nomine posceretur*, uel probum (?) Amm. XXI, 16, 21 *ei*, *ut principibus solet*, *annonae militaris offerebantur indicia* (h. e. δείγματα), *ut ipsi* (h. e. militares) *nominant*, *proba*, — *remissa* (remissio) peccatorum Tertull.; Cyprian., e. c. saepius ep. 73 (id. remissio peccatorum p. 135 Baluz.), — *subsessa* Seru. Aen. II, 26, 8 *hostium dolos subsessas uocamus*, Veg. r. m. III, 6 ter, 22 ter, — *suggera* (suggestio) C. Theod. XIV, 6, 3, — *tincta* (tinctura, hisp. tinta) u. Duc. s. u.*); — c) e media Latinitate accedunt pro —tio, —sio breuiata in —ta, —sa, —a haec, quae pleraque ap. Ducangium lector reperiet: aestima Pott. Z. f. Alterth. Wiss. 1853, p. 486 (nlat. stima, estime, — aestimias aestimationes P. Diac. p. 26), — commenda (inde commandeur etc.), — confessa, — coniura (it. congiura), — conserua, — diuisa (diuisio i. limes), — emenda (emendatio i. e. compensatio damni), — excusa, — exposita, — firma, — instituta, — perda u. perdita (= iactura, perte), — recusa, — stricta (strictio C. Aur., Cass., — ex illo n. l. stretta, étreinte). Post haec dubitari uix posse spero, quin et Italicianas uoces, quae sunt accusa, attesa, chiesta (= questione), promessa, presa, udita (= udizione), paga (pagar i. e. pacare sc. soluta pecunia), recita, reforma, tenta (= tentamen) all., uel Gallicanas, quae sunt dou(b)te, prise, promesse, reforme all. praeiuisse putandum sit plerasque per ora plebis Latiniensis alte-

*) Haud scio an huic generi accenseam etiam iuuenta et senecta, poetis et postaugustanis usurpata, quanquam me non fugit adiectiuum senectus in prisca Latinitate exstare (iuuenta Sp. Seu. 2, 1).

ras tales, ut puta: attenta, dubita etc. Sed contestatis huiusce figurae Latinis a nostris scriptoribus accedunt noua uocabula haec: *consulta* (etiam ital. consulta) Tr. Gall. 12, 1 *consulta Valeriani fratris sui et Lucilli propinqui . . Odenatum participato imperio Augustum uocauit*, = (consultio), consultatio (C. Gord. 19, 6); — *declamata* L. Alex. 3, 3 *Julium Granianum, cuius hodieque declamatae feruntur*, = declamatio (Tr. XXX, 4, 2 'fuit ita in declamationibus disertus, ut eius controversiae Quintiliano dicantur insertae'); — *publicae* = (¿publicationes =) publica acta L. Diad. 6, 7 *Commodum Marcus Antoninum appellauit atque ita in publicas edidit die natalis sui*; — *specula* V. Prob. 21, 3 *turrem quam speculae causa elatissimam exaedificauerat*, = speculatio (Amm.). Sed etiam masculini generis exstant quaedam apocopata ut uidentur in —a, partim antiquitus peruulgata, ut *collega*, *conuiua* (conuiuator), *scriba*, *aduena* all., partim nouella, ut *cura* (curator) in Treb. u. Claudii (u. I, 1), *subadiuua* C. Theod., quibus addunt subdiga gloss. secundarius, ὑποκριτής. Alia rursus nomina uerbalia in — *us* correpta sunt aut in — *um*, ut *commentum*, ut *computus* Firm. math. Grom. p. 331 (ubi p. 330 integrior forma 'computatio' exstat), Hieron. epist. (unde gall. et compte et conte, cf. Duc.). Cuius metaplasmi licet uel rariora sint uel minus cogentia assensum quae monstrare possum exempla, tamen, ne hunc quidem barbarismi nomine uel erroris fastidiendum esse, sed pertinere et ipsum ad linguae Latinae uitam fatalesque processus, propagatus hinc ad nouellas linguas manifestat uocum prouentus. Nam, ut una nobis ex illis pro exemplo sit Italiciana, multoties in ea

tam a substantiuis in — atus, — amentum (interdum et —tio), quam a participiis in —atus repetendas formas compendiatas in—o (-to) h. e. —us inuenimus, uel usu communi receptas uel pro eloquii modo usurpatas ut puta ploro (ploratus), volo, — sollievo (sollevamento), riparto, — appello (appellatio), concerto, — presto (prestito), pesto (pestato), rapporto, ritocco, traforo, scalzo, — quod est = excalceatus, cuius loco 'excalceus' iam Saluianus et Paulinus Nolanus habuerunt. Tale potissimum nostrorum illud, quod supra (p. 5) indidi, *affectus* pro affectatus uidetur esse, cum quo Salm. (Hist. Aug. scrr. c. notis Casaub., Salm. et Gruteri, L. B. 1671, t. I, p. 442) contulit et tractus part., quod Just. XVI, 4, 3 aliquot codd. praebent pro tractatus, et tractus subst. pro tractatus ex Jul. Valer. II, 3 (?) et e gloss. Sed uide an latius haec participiorum licentia corripiendi olim pertinuerit. Nam adiectiua a uerbis inclinata in —us cum actiuam fere potestatem referre soleant, ut nesci-us, indig-us, inuidus, prouidus, lanius, parcus, promus, festinus, suadus, indagus rell., — quaedam tamen restant (deriuatiua dico, non compositione aliqua conflata), quae passiua potius induta appareat esse potestate, pauciora illa quidem et poetica pleraque aut seriorum. Haec igitur per correptionem e participiis perf. eodem modo, quo illa quae hodieque uirere ac uigere monuimus, primitus constitisse autumo. Huiusmodi sunt despicus Naeu., obliterus Laeu. (Gell. XIX, 7, 4), — congregus Isid., coniuga App. inscr., disgregus Mart. C., efferus Verg. all., inconiugus Prisc. (uerba), infermentum gl. Philox. pro infermentatum, inopinus poett. (Treb., u. III, 3), reprobus Dig., — a depon. indignus pro indig-

natus It. Al. 12. His forsan accensendum et *accommodus* pro accommodatus L. Diad. 5, 3 cl. V. Car. 11, 1. Similiter compendiata in farragine medii aeui exstant, ut restum, reseruum, all. Sed proprie substantiua decurtata in —um nostri quoque scriptores suppeditant: *accubitum*, quod supra (p. 2) retulimus, pro accubitatio uel accubitus Vulg. = accubitorium; *propositum* (q. propositio) L. Alex. 19, 2 *sine ullius indulgentiae proposito* („nulla indulgentiae spe proposita" Salm.), it. ib. 23, 1, — quibus adde *repositum* Pacat. paneg. Theod. 21, 3 *maiestatem imminui putabant* (sc. retro principes), *nisi eos intra repositum palatinae aedis inclusos ueneratio occulta consuluisset*, pro repositorium eo significatu, quo exstat C. Ant. Ph. 17, 4 *gemmas, quas multas in repostorio sanctiore Hadriani reppererat.**) Denique *adiectiua* quaedam terminatione quae —ĕus, —inus, —icus esse solet in —*us* correpta apud nostros inueniuntur scripta, quorum *electrus*, *onychus*, *colossus* iam in superioribus retulimus, — reliqua sunt *mullus* V. Aur. 49, 7 *calceos mullos* (mulleus Plin.), *argentus* V. Bonos. 15, 8 *argentos Antoninianos mille;* cf. elegum metrum pro elegiacum Diom. Nisi quod haec proprie non est breuiatio formae, sed ipsius substantiui (colossus, argentum etc.) cum motione per genera instar adiectiui usurpatio, qualem in locorum quidem nominibus uel populorum iam ueteres, sed poetae potissimum, sibi indulserunt, Medum flumen, litus Afrum et talia loquendo (cf. Reisig. p. 165). Verum in ta-

---

*) Ad haec cf. et *satias* prisc. et recc. pro satietas, *magistras* Or. inscr. 3798 pro magistratus, — *illustras* infimae latinitatis.

libus quoque prosariae dictionis olim modum nostri excesserunt: L. Hel. 32, 5 *Aethiopes aniculae*, Valer. ap. V. Aur. 12, 1 *tapetia Afra*, *stragula Maura* (Africanus V. Carin. 20, 6), cf. V. Aur. 48, 5, C. Gord. 3, 7, Tr. Cl. 14, 8; V. Aur. 30, 3 *Syro sermone*, Prob. 9, 7 *leopardi Syri* (Syrius Sp. Car. 11, 7, Syriacus L. Hel. 7, 3 al.), cf. Eumen. paneg. IV, 12 *Syrus mercator aut Deliacus aut Indicus;* V. Aur. 33, 4 *ferae Palaestinae* (cf. Sp. Pesc. 7, 9, Palaestinensis Seu. 9, 5), V. Prob. 15, 6 *barbaris bubus* (barbaricus L. Al. 48, 3 et saepe al.). Et cum Romana nomina in *—ius* desinentia uulgo pro adiectiuis, quae proprie et essent, apponi solerent (lex Seruilia, domus Pompeia pro Pompeiana), id nostri, sui consuetudine temporis, ad alia quoque nomina, et ipsa sane primitus adiectiua, transtulerunt, ut *Augustus* (hoc quidem non absque exemplo), ut *Aurelianus* et alia in *—anus*: Comm. ap. C. Alb. 2, 3 *statio Augusta*, V. Tac. 10, 3 *scriptorum historiae Augustae*, V. Prob. 12, 8 *nomen Augustum;* V. Prob. 4, 5 *aureos Antoninianos C*, *argenteos Aurelianos mille*, Gall. ap. Tr. Cl. 17, 7 *aureos Valerianos CL*, *trientes Saloninianos CCC*; Tr. XXX, 21, 7 *thermae Diocletianae*, al. (sic Justinianus adi. Cod., Nou., et alia all.), quinetiam L. Hel. 3, 1 *nomen Antoninum*. Etiam appellatiua ac uere substantiua adiectiuorum uicem apposita inueniuntur, ut C. Macr. 4, 3 *homo prostibulum*, L. Comm. 2, 8 *prostibula mancipia*, Tr. Cl. 2, 7 et al. *fures iudices*, Sp. Seu. 4, 6 *poma conlusoribus puerulis diuidere*, Vulc. Cass. 10, 8 et C. Ant. Ph. 12, 10 *puella uirgo*, al. Quam argutioris stili enallagen, cautius usurpatam ueteribus, inter argenteae aetatis

prosarios uix ulli familiariorem quam Plinio maiori (u. Sillig ad XXXIV, 79), iam usque in istorum humile ac quotidianum penetrasse eloquium, dignum sane notatu uel ad historiam linguae. Quippe hac uia eo uentum est, ut nonnulla substantiua pro adiectiuis transirent ad linguas filias, ut ipsum illud fur, ital. furo (u. plura ap. Dietz Gramm. d. roman. Sprachen, ed· II, t. II, p. 267 sq.).

5. Pergimus ad *declinandi formas* et nominum et uerborum excerpendas, si quas apud nostros inuenimus insolentiores, uel aliquo denique nomine dignas enotatu, messim haud sane magnam. Primum quod ad *declinationem nominum* attinet, *2 decl.* genit. plur. aliquoties legitur correptus in — *um*, non tantum more solito in distributiuis, ut V. Tac. 15, 1 *pedum tricenum* et saepius ita, uel in eis quae mensuras significant, ut Sp. Seu. 23, 2 LXXV *milia modium*, uel in uocabulo quod est deus Tr. Gall. 5, 5 *pax deum* (dictione frequenti ap. Liu., Neue I, 108), — sed etiam, poetarum magis ad consuetudinem, in uocabulis gentilibus ut Tr. Cl. 16, 1 *cura Peloponnensium*, et in graecis, ut L. Hel. 20, 6 *cerebellis phoenicopterum*, praeeunte hoc ipsum Suetonio.*) Ad *3 abl. sing.* notanda sunt: *base* Tr, Gall. 18, 4 (inscr.), — *pare* C. Maximin. 24, 7 *pare sacrificio* (cuius adiectiui substantiue duntaxat positi exempla abl. in — e quatuor praebet N. II, 32, praeterea compositi cum praepositione paucula idem et poetica, ut

*) Ex inscr. Neue I, 113 cannoforum, dendroforum, alternante tamen terminatione disyllaba. In uno graeco etiam Appuleius, correptae terminationis dilector (Kretschm. p. 86), expressit eam M. XI, 17 *coetu pastophorum*, 30 *collegium pastophorum suorum*,

impare Verg. Buc. 8, 75, cl. Seru. ad l.); — minus insolenter *ueteri* L. Al. 43, 2 (cf. N. I. l. 35), et alternatim *Perenne* et *Perenni* C. Pert. 3, 4 et 5; — item *4 dat. sing.* contractus in — *u* Seu. ad senat. C. Alb. 12, 9 *defuitne tanto senatu quem amare deberetis?* (et superiorum exemplo crebriore et referentibus dein aliis, ut Amm., cf. N. I, 367 sq.). In *3 gen. plur.* — *um* pro — *ium* exhibent non modo *parentum* Vulc. Cass. 12, 7 (ut et multi scripserunt alii, N. I, 272, et Quintil. tantum non ubique, Bonnell lex. Quint. p. XXVI), sed etiam *agentum* ib. 4, 6, *militantum* L. Al. 21, 6, quorum exempla N. II, 57 sq. habet nulla, cum et ceterorum in — ns participiorum formae gen. in — um poetarum sint propemodum omnes (cf. Charis I, p. 122). In abl. plur. *in uasis* L. Hel. 26, 9, Tr. Cl. 17, 5, V. Aur. 46 2 (uas V. Aur. 49, 9, nam Petron. uasus 57, uasum 51) nouum non est (N. I, 300), notabilius *Hilariis* L. Al. 37, 6 contra praeceptum Prisc. VII, 6, 27 festorum nomina dierum in — ia desinentia semper pluralia genitiuum quidem tam secundum formam secundae declinationis quam tertiae proferre, datiuum uero et ablatiuum secundum tertiam asserentis, it. Charis. 1, p. 52, cf. N. I, 299, — et habet Vop. Aur. 1, 1 Hilar*ibus*. In 5 *abl. plur.* V. Aur. 21, 4 *speciebus*; licet enim Cic. Top. 7, 30 nolit, ne si latine possit quidem dici, specierum et speciebus dici, utrumque tamen frequentat aetas aenea (N. I, 394 sq.). Aliquoties nostri (in) *quis* pro 'quibus', e. c. L. Alex. 29, 2, 30, 2, forma antiqua uel magis plebeia (cf. Charis. I, p. 91, Prisc. XIII, 3, 13), quam cum Cicero, nisi in epistt., aspernatus sit recentiores, praeeunte Salustio, haud ita

raro usurpant (max. in quis, ex quis), ut Suet. Oct. 36, Just. XI, 1, 7 (sine praep.), aliquoties Gell., ut III, 10, 3, Curt., ut III, 4, 4, Tert., ut (sine pr.) pall. 3 p. 929 et 4 p. 942, saepius Tac. (tam cum praep. quam sine, ut Ann. II, 20, 30 al.) et Appul., ut M. III, 21, XI, 21 al., alii quinetiam creberrime, ut Sulp. Seuer., ut Dictys, e. c. I, 15, u. Dederich ad l., et cf. N. II, 170 sq.

Quod ad *uerborum* attinet declinationem, hoc inprimis dignum uidetur notatu, quod formae perf. act. q. s. petii et cum praepositione aliqua — ii (ab eundo), ut adii, redii, saepissime apud nostros in 3 sing. contractae inueniuntur in — it, consuetudine per caesareana tempora increbrescente (cf. Prisc. I, 44, IV, 22). Copiis a Neue (II, 408 sq.) collectis de industria e poetarum maxime scriptis accedant e nostrorum exempla haec: *petit* Sp. Hadr. 6, 2, 6, ib. 9, 4, 6, ib. 11, 2, ib. 12, 3, ib. 24, 13, ib. 25, 5, Jul. 6, 7, 9, Seu. 1, 5, ib. 2, 3, ib. 3, 9, Carac. 3, 2, L. Hel. 26, 6, Vop. Aur. 21, 5, ib. 27, 2, Tac. 9, 6, Prob. 16, 4, Treb. Gall. 4, 5, Claud. 12, 2, Vulc. Cass. 8, 7 (sed petiit C. Ant. Ph. 26, 5); *adit* Sp. Car. 5, 8; *coit* L. Hel. 10, 5; *obit* C. Ant. Ph. 27, 9 (obiit C. Ant. Ph. 26, 9); *perit* Sp. Hadr. 23, 16, Ver. 6, 6, C. Ant. P. 7, 4, ib. 12, 4; *redit* Sp. Hadr. 2, 10, Jul. 6, 4, Car. 2, 8, ib. 3, 2, L. Comm. 2, 3, V. Aur. 24, 6, ib. 30, 4, Prob. 18, 7 (rediit V. Sat. 9, 2); *transit* Sp. Hadr. 10, 2 (sed cod. Bamb. a sec. et Pal. a tertia manu tran*siit* quod legitur etiam C. Maximin. 11, 7, sed etiam trans*iuit* ib. 22, 5, tran*siuimus* Ant. 4, 8, in*iui* V. Proc. 12, 7, qualia frequentauit Appul., ut interiuit, periuit, subiuit, transabiuit, cf. Kretschm.

p. 87, it. Ambr., Scr. S., u. Rönsch p. 289 sq.). Praeter illa et *condit* Tr. Gall. 21, 4 *Gallienus semper flauo crinem condit*, *saeuit* Vulc. Cass. 7, 5 *nec tamen Antoninus in eius liberos saeuit*, C. Ant. Ph. 24, 8. — Formae declinationis obsoletiores, quales Gellius Appuleius alii amant recolere, rarius comparent apud nostros, ueluti *faxim* Tr. XXX, 12, 11 *iam ego faxim ut* . . (cf. Plaut. Trin. 221 al.), *faxint* Macrin. ap. L. Diad. 7, 7 *di faxint ut* . . (cf. Pl. Poen. 899 *di faxint ne* . . al.; faxo freq. Appul.; u. Neue II, 425 sq.); *comesset* L. Hel. 29, 7; — *tetuli* poeta ap. L. Alex. 38, 4, tetulissent epigr. C. Macr. 11, 6; —*desidisset* (desido) L. Alex. 39, 7 (considerat Enn. ap. Gell. IV, 7, 5; Gell. V, 4, 1; —nt Tac. Ann. I, 30 ex., insidēre ib. XVI, 27 in., sed cf. Prisc. X, 29); — *contunsus* Sp. Car. 11, 3, *obtunsus* Tr. XXX, 8, 5 (cf. L. Comm. 10, 4), *retunsus* C. Gord. 7, 2, V. Cass. 6, 7 (hoc Plaut. Pseud. 159, 1045; obtunsus post Plaut. Verg., detunsus App.), *ferundus* C. Ant. Ph. 5, 2 *oneri ferundo*. Notanda sunt etiam: *bibitum* est C. Ver. 5, 3 (cf. Freund Lex. bibo), *amicuerunt* Vop. Sat. 10, 1, cf. Diom. I, p. 367, Fronto fer. Als. p. 228 (Neue II, 375). Sed prorsus barbare nostri, si tamen librorum sequimur fidem: euadissent Tr. XXX, 5, 7, erepisset Sp. Carac. 3, 7, obsaepierunt C. Maxim. 11, 3 (cod. Bamberg., obsaepuerunt C. Palat.; cf. conterui uel conterii App. M. VIII, 23, cl. Charis. III, p. 248).*)

*) Terminationem perf. act 3 pl. quae est —ēre pro ea q. e. —ērunt minus quam pleniorem Cicero censet esse ueram, concedendam tamen 'consuetudini auribus indulgenti', qua et satis crebro illam iam inde a prisco Catone in legitimae uicem uidemus adhiberi et in oratione soluta et magis etiam in astricta numeris. Quod autem Zumpt. Gramm. Lat. § 163 apud posteriores usum eius significat increbrescere, —ēre et alios, Plinium certe, quem multo saepius breuiore

6. Hoc quoque, licet declinationis non sit, sed compositionis, iuuabit indidisse. Nimirum in patiendi uerborum forma tempora *perfecta ulteriore modo* (quae dicit Donatus p. 361, all.), hoc est ea quae confiunt participio perf. cum fui, fueram etc. — instar sum, eram — composito, nostri scriptores ritu recentiorum (discrimine quod ueteres constanter seruare Maduig opusc. ac. alt. p. 218 sqq., Neue II, c. IV, 16 aliique demonstrant iam fere sublato) solent usurpare, et speciatim quidem ac frequenter *plusquamperfectum*, rarius perfectum. Exempla plusquamperfecti ulteriore modo haec habeto: Sp. Hadr. 13, 8 *inuitato rege Parthorum, remissaque illi filia, quam Traianus ceperat, ac promissa sella, quae itidem capta fuerat*, ib. 19, 13, Jul. 3, 7, ib. 5, 4, Seu. 4, 3 *a praefectis praet. quibus audiendus datus fuerat, absolutus est*, ib. 9, 6, ib. 16, 3, 7; L. Alex. 21, 1 *condemnationes quae factae fuerant non indulsit*, ib. 4, 2, ib. 59, 7, Comm. 1, 9, al.; C. Ant. Ph. 2, 7 *usus est etiam Commodi magistro cuius ei adfinitas fuerat*

---

quam pleniore usum esse Mayhoff Lucubr. Plin. (Neostrelit. 1865) p. 57 computatione facta demonstrat (in II—VII 5: 1), inducere poterat testem, —at nostros non item. Qui cum nec formis in —ere abstinuerint (*fuere* Sp. Seu. 1, 2, Pesc. 10, 8, C, Maximin. 2, 1, Tr. Cl. 6, 4, V. Firm. 1, 3, *concessere* Tr. XXX, 12, 14, *consciuere* L. Hel. 16, 5, *dedere* Tr. Cl. 3, 2, *protraxere* V. Car. 12, 2, *uenere* C. Pert. 11, 1, Sp. Seu. 10, 8), longe tamen pluribus in locis reseruarunt pleniores, e. c.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Sp. | Seuer. | — erunt | 9, | — ere | 2, |
| „ | Jul. | „ | 3, | „ | 1, |
| Tr. | Claud. | „ | 14, | „ | 1, |
| Sp. | Hadr. | „ | 8, | „ | —, |
| C. | Ant. P. | „ | 4, | „ | —, |
| L. | Comm. | „ | 9, | „ | —, |
| Vop. | Aur. | „ | 20, | „ | —. |

*destinata*, Pert. 6, 8, Maximin. 4, 4, Max. Balb. 1, 1, Gord. 9, 7 *missa legatio Romam est haec quae gesta in Africa fuerant indicans*, ib. 28, 6, ib. 31, 1; Treb. XXX, 31, 2 *ab hisdem a quibus purpura uelati fuerant interempti sunt*, ib. 5, 4, ib. 10, 1, ib. 23, 4, ib. 30, 12, ib. 32, 1, ib. 33, 3, Gall. 5, 5, Claud. 15, 8; Vop. Aur. 5, 3 *pallium purpureum quod in honore eius pansum fuerat decidit*, ib. 18, 4, ib. 31, 1, Prob. 14, 5, Firm. 5, 4 (usitatiore forma plqpf. L. Alex. 53, 3 *mota seditio est a legione cuius socii erant in uincula coniecti*, al.)*). Coniunctiui exemplum habeto Sp. Pesc. 12, 3 *si rerum potitus fuisset* (esset V. Car. 1, 2 *cum res p. omnia prope passa esset quae*, L. Diad. 2, 8); — ind. *perf.* Sp. Geta 2, 2 *fuit autem Antonius etiam ob hoc dictus quod* . . (cf. inc. paneg. IX, 5, 4 *probauit hoc obstinatio eorum, qui* . . *ausi fuerunt, te imminente, resistere*, Pacat. pan. Theod. 44, 1); Sed adeo frequentati nostris 'fuerat' c. part. perf. pro 'erat' forsitan fuerit in causis, quod omnino etiam in agendi modo plusqpf. pro imperfecto amant usurpare: L. Diad. 7, 1 *Antoniniani nominis, quo cla-*

---

*) Aliorum posterioris aetatis scriptorum haec forte obuenerant exempla: *Appul.* M. VI, 31 *certe cunctorum calculo mors ei fuerat destinata* (all. Neue l. l. p. 268), *Gell.* IV, 12, 1 *si quis* . . *passus fuerat* (ib. 2 *si quis uisus erat*), *Tert.* orat. 3 in. *nomen Dei Patris nemini proditum fuerat, etiam qui de ipso interrogauerat Moyses aliud quidem nomen audierat*, *Lact.* mort. pers. 43, 1 *iam mota inter eos fuerant arma ciuilia*, *Cypr.* ep. 73 p. 134 Bal., *Aug.* C. D. XVI, 4, *Vict.* Caes. 22, 4 *per quos creati fuerant interfecti sunt*, epit. 36, 7 *Tetricum qui imperator effectus fuerat*, *Eutr.* IX, 4 *bellum ciuile quod in Gallia motum fuerat oppressit*, ib. 8 *Dacia quae a Traiano ultra Danubium fuerat adiecta amissa est* (cl. Vict. Caes. 33, 3 'amissa trans Istrum quae Traianus quaesierat'), ib. 13, IIII, 7 . . (coni. plpf. IX, 2), *Eum.* paneg. IV, 16, 4 *illa corpora sicuti dolorem uulnerum fuerant secuta iacuerunt*, *inc. paneg.* IX, 19, 4, *C. Theod.* XI, 1, 1 (Constantini imp.) *Datianus patricius qui hanc olim gratiam fuerat consecutus auferri sibi id depoposcit.*

*rius illis temporibus non fuerat uel deorum*, V. Sat. 11, 2 *milites qui cum eo fuerant non credidisse*, Tr. Cl. 9, 7 *pugnatum est apud Byzantios, ipsis qui superfuerant Byzantinis fortiter facientibus*, ib. 11, 3 et 12, 4, V. Aur. 33, 5 *Palmyreni qui superfuerant* (sed Firm. 5, 1 *ad defendendas partes quae supererant Zenobiae*), Prob. 13, 2 *si qui de interfectoribus Aureliani superfuerant, uario genere uindicauit* (cf. Solin. 9, 11 *Macedo qui solus morti publicae superfuerat Macedoniam a se dixit)*, L. Hel. 13, 3 *habuerat facultates a multis dimissas*, ib. 4, 3, Sp. Pesc. 10, 8; V. Car. 13, 1 *Diocletianum . . uirum . . callidum, et ad omnia quae tempus quaesiuerat statim paratum.* Hoc extremum quidem durius; cetera enim, quae attuli, ad potestatem illam inchoatiuam referenda sunt, quam formae perfectae tempora uerborum eorum quorum uis proprie est duratiua tam in Latina lingua posse induere quam in Graeca solent recipere, non est quod doceam doctum lectorem. Nempe habuit cum sit i. q. habere coepit, siue ἀορίστως = ἔσχεν, accepit, seu παρακειμένως, ut utar uerbo, = ἔσχηκε, κέκτηται, iam, si posterius, euadit ut idem sit quod habet, obtinet, ergo habuerat idem quod habebat, et reliqua eodem modo. Exempla potestatis perfectorum eiusmodi inchoatiuae a nostris haec habeto: in ind. perf. Sp. Hadr. 5, 5 *tantum statim clementiae studium habuit* (ἔσχεν), ib. 14, 1, Tr. Cl. 18, 1; in inf. perf. Tr. XXX, 18, 1 *Ballistae ueniam datam et tamen eum imperasse* (βασιλεῦσαι, imperium sumpsisse), ib. 32, 1 *Titum timore uiolentae mortis . . inuitum . . imperasse* (ubi continuo sequitur altera significatione Latinis usitatiore: imperasse mensibus sex); in part. perf. Vulc. Cass. 6, 1 nec

*fefellit de se iudicium habitum;* in coni. plpf. Tr. XXX, 8, 6 *qui contemptus est ab eodem uel cum duxisset* (i. e. dux factus esset) *uel cum imperium cepisset*; in ind. fut. ex. V. Car. 14, 2 *tunc ero largus, cum fuero* (i. e. factus ero) *imperator*, L. Hel. 32, 3 *si habuero heredem, dabo illi tutorem qui* . ., cf. fut. ex. pro simpl., sed haud ita noue, Vulc. Cass. 2, 2.

Notabile hoc etiam esse uidetur non quidem ad figuram, sed quam maxime ad functionem (ut uocabulo utar) formarum uerbalium. Participium passiuum in — *ndus*, quod futuri uulgo habetur, sed primitus ac proprie praesentis esse temporis et ipsa comprobat forma nec genuinus refragatur usus, — nostrorum aetate iam uere *futuri* factum erat temporis, cuius abusionis documenta apud ipsos extant luculenta. Est autem huius participii pro diuersa functione syntactica diuersa etiam uis. Nam, sicut cetera participia, aut uere est participium h. e. uerbum, forma qua (ut scholastice loquar) per casus construatur indutum nominali, sed uerbi retinens uim omnem temporalem ac modalem, — aut attributiue siue in loco attributi (ut: uir praefata reuerentia nominandus V. Aur. 1,1) siue in loco praedicati periodalis (uirtus est laudanda) uicem fungitur adiectiui, ac proinde hoc quidem participium in —ndus est factum adiectiuum uerbale ad instar graeci — τέος, quandoque etiam — τός (ut: uix erat credendum).*) Et hanc

*) Cf. Prisc. XI, 29 omnia haec in dus desinentia participia (futuri ib. 16 al.) eadem etiam nomina esse posse asserentem, cum omittant tempus, ita ut 'amandus' sit et ὁ φιληθησόμενος et ὁ φιλητέος.

quidem potestatem, acquisitam, non primitiuam, per omnia linguae tempora retinuit, et sic apud nostros quoque, e. c. V. Aur. 21, 8 *perfodiendum talem principem non optandum*, C. Maxim. Balb. 2, 1. 2 et al. passim (Sp. Ver. 1, 3 *quoniam nimis pauca dicenda sunt*, — i. e. dici *possunt*). At uero quibus periodorum locis forma in — ndus uere est participium s. uerbum casuale, in appositione, in obiecto, in construçtione aduerbiali (abl. abs.), — in his a significatione primaria ac legitima, quae est actionis praesentis, siue, indicatiuo modo, res significatur geri (ut: cum plausum meo nomine recitando dedissent Cic. Att. IV, 1, 6, h. e. dum recitatur, — edendis gladiatoribus praesedit Tac.), siue, quasi subiunctiuo modo, postulatur, in conatu est (studere reuocandis regibus, h. e. ut reuocentur, h. g. all.), ab hac, inquam, ad futuri fere temporis significationem hoc participium recentiore aetate deflexum est, — ex parte quidem, non abiecto neque immutato usu illo casuum obliquorum quae supina dicebant et nos cum Prisciano gerundia dicere consueuimus. Exempla e nostrorum scriptis collecta, praepositis iis in quibus participio pass. ἐκ παραλλήλου est part. fut. act., infra descripsi, subiunctis aliorum eiusdem aetatis aeneae nonnullis: L. Alex. 43 ex. *consulentes sacra reppererant*, *omnes christianos futuros*, *si id fecisset*, *et templa reliqua deserenda* (sc. esse, quod in structura obiectiua plerumque omittitur), V. Tac. 12, 1 *in antiquum statum redisse rem p.*, *leges a senatu petendas*, *reges barbaros senatui supplicaturos*, *pacem ac bella senatu auctore tractanda* (cf. Jul. Valer. II, 2 uerba Ps. Callisthenis λέγει· αἰσθήσεται ἡμῶν τῶν καθηγητῶν καὶ αἰδεσθήσεται ὑμῶν τὰς ὄψεις βλέπων sic interpretantem: *ait*

*memorem illum magisterii uestri .. et pudore flectendum et reuerentia molliendum, uultusque ipsos nostros minime aspernaturum;* Sulp. Seuer. chr. I, 11, 5 *erant in eadem custodia ministri regis duo, qui cum somnia sua ad Joseph retulissent, unum eorum poenas capite luiturum, alium absoluendum pronunciauit;* — cf. et Adam. Misn. gest. pont. Hamm. III, 38 *iam publice diuinantes Hammaburgensem patriarcham cito papam futurum, aemulos suos a curia depellendos, ipsum uero diu gubernaturum);* — Sp. Hadr. 3, 10 *a Sura comperit adoptandum se a Traiano* (id quod nono post anno contigit), id. Jul. 3, 7 *erat in odio populi Iulianus ob hoc quod creditum fuerat, emendationem temporum Commodi Pertinacis auctoritate reparandam, habebaturque ita quasi Iuliani consilio esset interemptus;* id. Pesc. 10, 7 *iussit publice commendarent* (numos suos), *recepturi post proelia, quod dederant, addens, liberis certe reddendum, cui uenisset* (sc. hereditatis iure); id. Geta 3, 6 *quod signo fuit Getam ab Antonino interimendum;* L. Hel. 9, 2 *responsum fuisse, ab Antonino bellum Marcomannicum finiendum*, Alex. 6, 2 (ex act. urb.) *quod sciret de honoribus suis agendum;* C. Alb. 3, 1 *uidens Commodum quandocunque feriendum, et timens ne ipse pariter occideretur;* 5, 7 *nobilitandum etiam hinc* (filiolum) *sperans;* Sp. Car. 1, 2, Tr. Valer. 8, 4, L. Diad. 2, 8; (addito esse) C. Maximin. 22, 1 *etiam deum Belenum per haruspices respondisse Maximinum esse uincendum*, V. Tac. 7, 6 *cum rumor emersisset, illum imperatorem esse faciendum, discessit atque in Baiano duobus mensibus fuit*, L. Alex. 13, 7; (per tempora coniugationis q. d. periphrasticae) Tr. Gall. 19, 7 *in libro qui de trig. tyrannis*

*inscribendus est iam loquemur quae saepius dici minus utile uidebatur*, Sp. Pesc. 3, 2 *Seuero* (longum imperium deberi) *qui magis esset odio habendus*, *quod probauit euentus*, Tr. XXX, 11, 3, V. Prob. 23, 3; (in appositione, cum significatione propositi, ut part. fut. act.) C. Ant. Ph. 6, 5 *cum*, *formandus ad regendum statum rei p.*, *patris actibus interesset*, Tr. XXX, 21, 6 *quadrigae*, *quasi transferendae*, *alibi positae sunt;* — *Amm.* XXIV 2, 5 *non ante discessit*, *quam telorum congerie se iam cerneret obruendum*, XV, 5, 26, XXV, 8, 9 *quibus mandauerat princeps*, *ut Lucillianum socerum suum properare Mediolanum urgerent*, *res firmaturum ancipites et*, *si casus noui quidam exsurgerent*, *opponendum* (i. qui se opponeret), XXVI, 9, 5 *profligato nebuloni*, *destituendo iam et casuro*, XXV, 8, 5 *oppidum quod diruendum adorti paene deleti sunt*, (in abl. q. d. abs.) XXV, 4, 25 *in Galliis bellorum tenore gliscente*, *diffusis per nostra Germanis*, *iamque Alpibus ad uastandam Italiam perrumpendis*, *nihil praeter lacrimas supererat et terrores*, al.; *Vict.* ep. 44, 2 *patri praeceptum somnis est*, *eum*, *qui iam instante uxoris partu edendus foret*, *diceret Iouianum*, 14, 5; *Eutr.* I, 16 *promittentes senatui et populo per se omne certamen implendum; Veget.* r. m. III, 3 *cum aduersarii etiam ipsi esurientes circumsidere non desinant quos fame sperant esse uincendos*, cf. Haase ad Reisig. p. 747; *C. Theod.* VII, 1, 13 (Grat., Valentin. et Theodosii) *ut unus quisque tribunus agnoscat*, *graui se subdendum esse supplicio*, *in cuius parte neglectum probabitur . . imperatum*, cf. ib. l. 17 et 18, t. 2, l. 2; — *Macr.* Sat. I, 10, 13 *ne commodum primae occasionis*, *cum se domum reciperet*, *offerendae* (i. se

oblaturae) *aspernaretur; Oros.* VII, 39 *illa* (aurum argentumque) *mox proferendum spopondit, ac protulit;* frequenter *Sulp. Seu.* e. c. chr. II, 33 *sacris uocibus, decem plagis mundum afficiendum, pronunciatum est,* I, 11, 5 (u. superius), 6, 1, u. Mart. 16, 4 *confido, quod per te reddenda sit sanitati,* 23, 11 (plura dabit Dauis. ad Caes. B. C. p. 593 Oud.).

7. In fine huius capitis *numeralium* quasdam a superiorum usu siue formae siue significationis differentias uisum est comprehendere. Primum notandum est, eos etiam numeros, qui per subtractionem solent proferri, ueluti duodeuiginti, duodeuicesimus, apud nostros ad ceterorum numerorum modum per additionem dici, non interdum, ut aliis quoque et antiquioribus usu uenit (u. Neue II, 108 sqq.), sed, ni quid me praeteriit, constanter: sic *decem et octo* Sp. Pesc. 5, 1 *decem et octo annis imperauit* (Seuerus), L. Alex. 56, 3 ex act. sen., C. Ant. Ph. 5, 1, cf. Vict. ep. 20, 1 (Eutr. X, 17 'duobus de uiginti'); *quadraginta et octo* V. Aur. 6, 4, *octoginta et nouem* Sp. Seu. 22, 1; *octauus decimus:* Sp. Seu. 1, 5 *octauo decimo anno publice declamauit,* C. Ant. Ph. 5, 6, ib. 18, 1, Maxim. 27, 2, V. Prob. 16, 6, cf. Amm. XV, 11, 18, Vict. ep. 42, 10 *die uicesimo octauo,* ib. s. 17 *nono atque trigesimo* (sed 27, 2 'anno uitae undeuicesimo'), Eutr. X, 15 *octauo et trigesimo.* Mira quadam ac praua enallage saepius nostri in aetate hominis definienda non, ut solet, quotum annum, sed quot agat annos, cardinalibus numeris usi loquuntur. Nam cum recte dixerit Spart. Seu. 16, 3 *annum XIII agentem,* idem tamen Hadr. 25, 8 *nonaginta annos agentem,* et sic

C. Gord. 15, 2 *quadraginta et sex annos agentem*, 22, 2 *annos agentem*, *ut plerique adserunt*, *undecim*, *ut nonnulli*, *tredecim*, *ut Cordus dicit*, *sedecim*, it. Ant. Ph. 5, 1; — cuiusmodi sunt etiam quae Augustini Buenemann attulit ad Lact. p. 1486 sq. e soliloquio: *cum triginta tres annos agam*, e confess.: *cum esset in annis sedecim*, cf. Vict. ep. 44, 4 *annos gerens proxime quadraginta* (non plane idem esse dixerim quod legitur Plin. XIV, 3, 18 *a cuius obitu XC aguntur anni). — Milleni*, quod in dispertitiuis a Prisciano censetur, sed nusquam comparere apud scriptores pueris inculcare consueuerunt literatores nostrates, bis comparet Lamprid. Heliog. 21, 7 *dedit et aureos millenos*, 26, 7 *ut eos iuberet millena pondo sibi aranearum deferre*; idem legi etiam Scaeu. Dig. XXI, 89, 1 (in cod. Flor.) et Henz. inscr. 7145, Neue I, 721 adnotauit, adde etiam Amm. XV, 11, 17 *exinde non millenis passibus, sed leugis itinera metiuntur*, et (e Dirksen man. Lat. iur.) Gai. II, 225 *singulis millenos asses legando*, et Nou. Valent. III, t. 5, § 4. — Miris modis aduerbia numeralia (semel, bis . .) et quasi aduerbia (primum, primo, et deinceps rell.) inter se permutantur. Crederes peregrinos temere quaeque miscentes (quippe computare aegre addiscitur sonis non suis), ni peruulgatam fuisse istis temporibus eam abusionem aliorum exempla comprobarent. Sane quod in ordinalium usu quasi aduerbiali ablatiuum (primo, tertio . .) pro accusatiuo in numerandis ipsis factis, non temporibus factorum fere uidemus usurpari, adeo ut etiam 'tertio consul', ut Sp. Hadr. 4, 4; 8, 4; 23, 13, — quid? quod etiam deterius aliquid, ut infra ostendetur, — isti lo-

quantur*), — id quidem magis constantia erroris notabile est, quam nouitate, siquidem praeiisse errorem identidem iam anteriores, ut B. Hisp. 2, 2 'Caesar dictator tertio', cf. Gell. X, 1, satis est notum. Quod autem ablatiuae formae apud posteriores praeualuit usus, iunctum id esse uidetur ablatiui pro accusatiuo ad temporis spatium, quod actu aliquo percurritur, significandum abusioni, quam inde ab argentea aetate gliscentem ac magis magisque inualescentem nostri quoque sequuntur, passim ablatiuo, ut L. Alex. 60, 1 *(imperauit annis XIII diebus IX, uixit annis XXIX mensibus III diebus VII)*, Sp. Hadr. 25 ex., C. Ant. P. 5, 3, V. Tac. 7, 6 al., rarius accusatiuo, ut L. Diad. 3, 1, usi. Sed de his plura alias. Transimus ad ea quae et multo sunt insolentiora et prorsus esse uidentur irrationalia. Nam et ordinalia pro multiplicatiuis ponuntur, ita ut *quarto* sit i. q. *quater*, et e contra multiplicatiua pro ordinalibus, ita ut *quater* sit pro *quartum*. Illud habes Treb. Gall. 17, 4 *lauit ad diem septimo aestate uel sexto, hieme secundo uel tertio*, C. Gord. 6, 6 *ut et quarto et quinto in die lauaret aestate, hieme secundo* (sed L. Comm. 11, 5 *lauabat per diem septies atque octies); C. Macr. 3, 1 *uates numerari iussit, quoties diceret Antoninum, tuncque attentis omnibus Antonini nomen octauo edidit*, et rell., V. Tac. 17, 1 *exclamauit 'tacita purpura', idque septimo;* et haud scio an et

*) Non recte item L. Alex. 13, 1 *omina imperii haec habuit, primum .., deinde .., tertio, quod ..*, et al., quamuis non modo Tertull., ut poen. 2 in., Plin. ep. IV, 30, 4, sed et anteriores saepe ita locuti sint, nedum posteriores, ut Amm. XXV, 4, 8 *quibus iustitiae inclaruit bonis, multa significant, primo quod .., deinde quod ..*, all.

C. Ant. Ph. 1, 2 *pater Annius Verus qui in praetura decessit, auus Ann. Verus iterum consul et praef. urbi* (pro 'bis consul', quod ipsum ib. s. 3 legitur). Itidem tertio pro ter Pallad., Fulg. M. II, 13. Alteram enallagen, contrariam illi, Spartianus aliquoties expressit, ut Hadr. 1, 3 *natus est Vespasiano septies et Tito quinquies consulibus*, 3, 1 *Traiano quater et Articuleio coss.*, item ib. s. 8, Seu. 1, 3 *Erucio bis et Seuero coss.*, — et referunt eadem etiam alii per illa tempora complures, ut Lact. mort. persec. 48, 1 *Constantino atque ipso ter consulibus*, Amm. XVI, 1, 1 *a consule octies Augusto*, XIV, 10, 1 *Constantius consulatu suo septies et Caesaris ter Valentiam petit in Alamannos arma moturus*, XXIII, 1, 1 *Julianus adscito in collegium trabeae Sallustio quater ipse amplissimum inierat magistratum;* C. Theod. XI, 28, l. 9 (Honorii et Theod.) *usque ad consulatum inuictissimi Honorii patrui mei septies et meum iterum*, it. ib. l. 8; idemque praebent inscrr., ut apud Rossi 14 (279 p. C.) *Nonio Paterno bis consule* (simili quadamtenus enallage Vict. C. 27, 8 *periit sexennio imperii*, pro: sexto anno).

# III.

1. Sequitur index uocabulorum, quae cum iam quidem ante nostros apud alios, sed *Caesareanorum* fere *temporum* scriptores inueniantur usu recepta prouectioris et ipsa esse uidentur Latinitatis. Horum quaecunque non ipsa

figura, sed ea qua usurpata esse a nostris notauimus significatione uel constructione recentioris sunt auctoritatis asterisco distinximus. Interspersimus tamen nonnullas antiquiore quidem suffulta testimonio, sed usu perrara, quibus *r* literam appinximus.

*Abolitio:* C. Gord. 10, 3 *ab. praeteritorum spondere;* — Quint., Tac., Suet.; — *absinthiatum* subst. (sc. uinum): L. Hel. 21, 6, Pallad.; — adi. Sen. rhet.; — **actuarius* subst.: Tr. XXX, 6, 3, C. Theod. all.; — Petr.; Sen., Suet.; — **adductus* adi.: C. Ver. 10, 6 *fronte in supercilia adductiore*; — Suet., Mela; Tac., Plin. min.; — **admissio*: V. Aur. 12, 4 *magister admissionum*, Amm., C. Theod.; — Sen., Plinii; — r. *adoptatio:* Sp. Ver. 7, 5, C. Ant. Ph. 5, 1, Gord. 24, 3; — Cic. p. Balbo 25, 57, Sal. Jug. 11, 6, Gell. V, 19 in., Tert. (uulgo et apud ICtos quoque adoptio); — *aduiuere:* C. Ant. P. 5, 1, e coni. V. Prob. 22, 4; — Tert., Hier., ICti; cf. Oehler ad Tert. de cor. 7; — *adulatrix*: Tr. Cl. 3, 7; — Tert.; — **aegritudo* q. morbus: V. Car. 8, 7 *quem aegritudine constat absumptum*, 12, 1 *illud aegritudinis genus* (ophthalmiam dicit), Aur. 11, 2, Faustina ap. Vulc. Cass. 10, 7; — sim. certe Col., Plin., Mela, Flor. *a. corporis* (distincte Sp. Seu. 16, 1 *cum inde morbos aegritudinesque contraherent*, cf. Eutr. IX, 5 ex.); — *affabiliter:* Sp. Car. 3, 2, Macr.; — Gell.; — *affectator:* Sp. Hadr. 23, 8 *imperii*, Vulc. Cass. 5, 1 *tyrannidis;* — Quint., Flor.; — **affectio* syn. beniuolentia: Aur. ap. V. Firm. 5, 5 *sit uobis cum equestri ordine amicitia, cum praetorianis aff.*, cf. Tr. XXX, 16, 2; — Plin., Tac., Gell., Just.; — item **affectus*

Sp. Ver. 3, 4 *praeter adoptionis affectum quo ei uidebatur adiunctus*, C. Maxim. 29, 7, cf. Tac. Agr. 32, 2, Plin. min., Suet., — sed etiam plur. pro iis quos quis naturali amoris affectu diligit: C. Gord. 6, 3 *aff. suos unice dilexit*, *filium et nepotem ultra morem*, *filiam et neptem religiose*, Maximin. 23, 6 *quorum aff. in Albano monte erant*, Ant. Ph. 24 s. f., Alb. 10, 12, Vulc. Cass. 7, 5 et 8, 2; freq. postt., cf. Muncker ad Fulg. Myth. III, 6 et Dirksen Man. Lat. Jur. s. u.; — metonymiam praeiuerant Lucan., App., cf. Front. strat. I, 11, 6 (Eadem figura sententiae Sp. Hadr. 9, 6 'amicitiae' pro 'amici', C. Maxim. 25, 5 'religiones', — eademque quo illud sententia 'affectiones' It. Al. 39, ICti, 'caritates' Amm. XXII, 8, 42, XXIV, 1, 9, 'necessitudines' Plin. ep. VIII, 23, 7, Suet. Tib. 11, Aug. 17, Amm. XXI, 16, 20 *corpus defuncti prope n. eius humandum*; cf. et 'successus' pro 'fetus' C. Aur. IV, 5, 177 *suos extinguere successus*); — *alaris:* C. Alb. 10, 6 *duas cohortes alares*, C. Theod.; — Liu. X, 41, 6 *alaribus cohortibus* (? ib. 40, 8 *cohortibus alariis*, et sic. al.), Tac. hist. II, 94 al.; — *alimentarius:* C. Ant. P. 8, 1 *puellae*, Pert. 9, 3 *compendia;* ICti freq., Amm., inscrr.; — al. lex alim. Coel. ad Cic.; — *aliquatenus:* Sp. Ver. 5, 3; — Sen., Mela, Quint., all.; — *allectio*: C. Ant. Ph. 11, 7, Pert. 6, 10; — Tert.; — *amnicus:* V. Aur. 47, 3 *nauicularii;* Aus., Solin.; — Plin. (insula, calami); — *appositio:* L. Comm. 5, 15 *his quibus deerat ficti criminis a. obiciebatur quod*..; —Quint., Ascon.; — * *apprime* constr. c. uerbis: C. Ant. P. 7, 8 *rationes a. sciuit*, Ant. Ph. 4, 9 *pila lusit a.;* — App.; — *archiuum* (ἀρχεῖον): Tr. XXX, 10, 9 (epistulam) *repertam in archiuis*

(mss. *athenicis*), V. Tac. 9, 3 (mss. *archis*); — Tert., ut apol. 19 p. 191, adu. Marc. IV, 7 p. 170, ICti; — *arenarius:* C. Ant. Ph. 19, 6 (sc. pugnator), postt.; — Petr., Tert.; — *areola*: L. Diad. 5, 6; — Col., Plin. min.; — *arra*: C. Maxim. 27, 7 *manserunt apud eam arrae regiae* (i. munuscula sponsaliorum nomine data, cf. Cod. Just. V, 1, 3, 5); — Plin., ICti (antt. arrabo); — *articularis* (morbus): Sp. Seu. 16, 6; — Plin., Scrib., Suet., App.; — * *asserere* q. affirmare, dicere: Tr. XXX, 12, 3 *quantum Maeonius asserit*, 18, 2, C. Gord. 14, 7, ib. 22, 2 *uicesimo et secundo anno eum perisse asserit*, Sp. Pesc. 3, 3 *asserens* (eum) *necessarium reip. uirum*, Hadr. 3, 5, ib. 11, 7, ib. 14, 6. 7, Vulc. Cass. 1, 2, al.; freq. postt., ut Macr., de quo cf. Jan proleg. p. XLIII sq.; — Mart., Plin.; — *assertio* (sc. in libertatem): C. Ant. Ph. 9, 9 *legem de assertionibus firmauit;* — Quint., Plin. ep., Suet., ICti, — et * *assertor:* Tr. XXX, 5, 5 *in Gallia primum Posthumus, . . postremo Tetricus assertores Romani nominis exstiterunt*, V. Prob. 11, 7 *assertor rei p., felix imperes*, C. Theod., all.; — Ou.; Luc., Quint., Tac., Suet.; — *attaminare*: C. Gord. 27, 1, Vict., C. Theod.; — Just., inattaminatus Tert.; — *attrectatio*: L. Hel. 12, 4 *eorum a. et tactu praecipue gaudebat;* Pall., C. Aur. II, 37, 207; — Gell., App. d. Socr. 4; — *auditorium:* L. Al. 44, 4; — Quint., Suet., all. — *Bigemmis:* Val. ap. Tr. Cl. 14, 5 *anulus*; Col. *reseces;* — *boletar:* Tr. Cl. 17, 5; — Mart., Apic.; — *bracteola:* L. Al. 44, 9; Arn., Prud.; — Juuen. — *Caligarius:* subst. L. Al. 33, 2, Firm. math.; — adi. Plin.; — *capo*: Tr. Gall. 12, 5; — Mart. (capus Varro); —

***captiuitas***: V. Prob. 20, 6, Car. 1, 4; — Sen., Petr., Tac., all.; — ***carpentarius:*** Tr. XXX, 30, 17 *uehiculum*, L. Al. 52, 1 *artifex*; subst. Tr. Cl. 14, 11, C. Theod.; — adi. Plin.; — *carruca:* L. Hel. 31, 5 *Neronem D carrucis iter inisse*, Al. 43, 1, V. Aur. 46, 3; — Plin., Mart., Suet., Dig.; — *cirratus:* trnsl. C. Ant. P. 8, 2 *lacernas c. militares;* — propr. Pers., Mart.; — *ciuilitas*: C. Ant. P. 6. 4 *imperatorium fastigium ad summam c. deduxit*, 11, 8, L. Al. 20, 3; — Suet.; — * *ciuitas* pro oppidum (città, cité etc.): C. Maxim. 19, 4 *ciuitates subuertit*, *fana diripuit*, Sp. Seu. 22, 6, C. Alb. 11, 1, Max. Balb. 14, 5, Tr. Gall. 4, 7, XXX, 9, 4, V. Aur. 5, 4 *inuidiosum tunc erat uehiculis in c. uti;* Veg. r. m. IV, 17 *praesens periculum ciuitatis est, si ad murum fuerit turris admota;* — iam Quint., Suet., durius Petr. 8 *per totam c. errare*, fr. 1 *circumduci*, Just. XVIII, 3, 12 *hic primus fulgorem solis in summo fastigio ciuitatis ostendit;* — *coccinus*: C. Alb. 2, 5 *pallium*, al.; — Petr., Juu., Mart., postt.; — *cochlear*: L. Hel. 22, 1; — Cels., Col., Petr., Plin., cochleare Mart.; — *coenatio*: C. Pert. 11, 6 *ingressi porticus Palatii usque ad locum qui appellatur Jouis c.;* — Sen., Col., Petr., Plin., all.; — *coenatorius:* C. Maxim. 30, 5 *uestis*; — neutr. pl. subst. Petr., Mart., Dig.; — * *comitatus* (h. e. principum): L. Al. 15, 2 *palatium suum comitatumque purgauit;* C. Theod.; — Tac., Plin. min.; — *commendator:* V. Prob. 2, 4; — Plin. min.; — * *commentum* q. consilium aliquid faciendi: V. Tac. 2, 4; Amm. XIV, 3, 2, Vict. ep. 33, 3, ICti; — Just. XXI, 4, 2; — * *commodus* c. dat. rei: V. Aur. 19, 6 *uestitu animisque sacris commodi;* — sem.

Liu. (curationi omnia commodiora). Cf. 'accommodus' 3; — * *competere* c. d., q. conuenire, congruere: Sp. Car. 6, 1 *ducem bellicum*, *qui suis competebat moribus*, *fecit*; — sim. Suet., App., Tert., ut idol. 10; — *concussio:* Tr. Gall. 6, 5 *elementorum concussionibus uastatam Asiam;* — Col., Sen., Plin.; — * *condiscere* c. acc.: V. Aur. 1, 7 *quae omnia ex libris linteis pro tua sedulitate condisces;* — poett., Suet., postt.; — *conditura:* L. Hel. 24, 1 *pisces conditura ueneta comedit;* — Col.; — *consecraneus* subst.: C. Gord. 14, 1; — Tert.; — *consortium:* Tr. XXX, 30, 23 *in c. regni uenire*; — non ante Aug.; — *contaminator:* L. Al. 6, 5 *honorum*; — Tert. (etiam contaminatio, contaminabilis postt. sunt); — * *contrarii* subst. q. aduersarii: C. Maxim. 10, 2; — Vitr. (aduersi subst. Amm.); — *conuiualis:* C. Ver. 4, 8 *torus*, L. Hel. 22, 1 *sortes;* — Liu., Sen. rh., Curt., Tac.; — *conuiuere*: L. Comm. 2, 9 *gladiatoribus*, Sp. Pesc. 10, 6 *qui simul furto conuixerant* (h. e. qui comederant gallinaceum surreptum); — Sen., Quint.; — *cothurnatus:* V. Car. 19, 2; — Ou., Sen., Mart.; — *crebrescere*: Sp. Hadr. 3, 11 *crebuit;* — post poett. Quint., Tacit., all.; — r. *curiositas:* V. Aur. 10, 1 *c. nihil recusat*, Sp. Pesc. 8, 3 *nec defuit alia c.;* — Cic. Att. II, 12, 2, Gell., Tert.; — ≻ *currulis:* L. Comm. 2, 4 *equos c. sibi comparauit;* — Fronto, App.; — * *custodire:* aequitatem C. Ant. Ph. 24, 3, fidelitatem hist. Tr. XXX, 11, 6; cf. Tert. (ut Apol. 6, pudic. 21 *legem*, Veg. r. m. I pr.; — sim. Col., Quint., Plin., Gell. — *Decennis:* Tr. Gall. 7, 4 *decennia celebrauit;* — decennis Plin., Quint., all.; — * *decimani:* u. 'primani'; — *delator:* C. Ant. Ph. 11, 1, Maxim. 13, 5 et 15, 1,

V. Aur. 39, 2, al.; — Tac., Plin. pan., Suet.; — *densitas:* trnsl. q. crebritas, multitudo V. Proc. 12, 8 *criminum*, Amm. XXIII, 6, 11, C. Theod. IX, 17, 5; — Quint., pr. Col., Plin. (ita densus pro creber L. Al. 20, 2, et, praeeunte Verg., Amm. XV, 5, 31 *densis gladiorum ictibus*; cf. C. Aur. I, 5, 47 *densus pulsus); —* * *deserere* abs. (de milite desertore): Sp. Seu. 10, 8, Amm.; — Quint., ut III, 6, 78 (al. deserere C. Gord. 20, 6 *suum ingenium*, V. Car. 9, 3); — * *desiderans*: Seu. ap. C. Alb. 7, 3 *fratri amantissimo et desiderantissimo;* — Fronto epp. ad M. Ant. V, 40 ex.; — *desponsare:* C. Ant. Ph. 4, 5; — Suet.; — *diaeta* (zeta) q. habitatio (gall. appartement): L. Hel. 30, 7 et 31, 4, Al. 26, 9; — Petr., Plin. ep., Suet., Dig.; — *difficile* adu.: Sp. Hadr. 8, 7 *d. faciens senatores*, Tr. XXX, 30, 20 *ut graece d. loqueretur;* — Vell., postt.; — * *dirigere* abs. pro se d.: V. Prob. 19, 6 *occisi sunt* (leones), *qui d. nolebant*, *sagittis;* — Tac., App.; — * *discus* i. lanx edulibus inferendis: L. Hel. 20, 7; — App. M. II, 24, Apic. VIII, 368 al., cf. Poll. Onom. VI, 84; — *donatiuum*: Sp. Hadr. 23, 12 *d. populo ac militibus expendit*,.. C. Ant. P. 8, 1 *d. et congiarium*,.. (cf. p. 35*n. 15); — Suet., Tac., Plin. min.; — *dorsualis:* neutr. subst. Tr. Gall. 8, 2 *boues dorsualibus sericis praefulgentes*; — adi. App., post Solin., Amm.; — *dracunculus*: L. Hel. 28. 3, Al. 14, 1; — Plin.; — *ducatus:* Sp. Pesc. 1, 5 *ordines diu duxit multisque ducatibus peruenit ut exercitus Syriacos regeret*, Comm. ib. 4, 4 *ei tribunatus iam duos dedi*, *ducatum mox dabo*, V. Prob. 7, 4 *totius Orientis ducatus* (cf. Tr. XXX, 3, 9 et 29, 1, V. Aur. 13, 1), C. Pert. 5 ex., et saepius; — Suet., Flor.,

Just., all.; — *dulciarius*: subst. L. Hel. 27, 3, Tr. Cl. 14, 11; — adi. Mart., App.; — r. *dulcitudo*: Sp. Pesc. 7, 7 *Nili*; — Cic. Or. III, 25, 99; — * *Edere:* ludos, gladiatores h. g. all. C. Ant. Ph. 6, 1 *gladiatorium munus*, Sp. Hadr. 7, 1 *mille feras*, V. Prob. 19 *gladiatorum paria CCC*, *leones* etc., Aur. 12, 2 *conuiuium publicum;* — Vell., Suet., Tac., all.; — * *educator* i. paedagogus: C. Ant. Ph. 10, 5, Ver. 2, 8; — Suet., Tac.; — * *efficere:* pro perficere L. Al. 26, 7 *quam* (basilicam) *efficere non potuit morte praeuentus*, cf. C. Gord. 12, 3; — effectus sic Sen. ep. 108. saepius Quint., Plin. ep. II, 3, 3, Fronto ep. ad M. Ant. II, 3 *hoc tam eff. et elaboratum opus*, Arn. II, 39, cf. Hildebr. ad h. l., Buenemann ad Lact. p. 832, Holstein De Plin. min. elocut. (I) p. 17; — *elementarius:* C. Pert. 1, 3 *literae;* — Sen.; — r.* *eleuare:* C. Gord. 8, 5 *humi se abiecit et retractans eleuatus est*, Ant. P. 13, 1 *statura eleuata decorus;* — signif. tali Caes. BC. et App. sing. locc.; — * *elogium* i. titulus, nota criminis, clausula iudicialis additicia: Sp. Seu. 2, 6 *fustibus eum sub el. eiusdem praeconis cecidit 'legatum p. R. homo plebeius temere amplecti noli'*, L. Al. 34, 3 *eunuchos donauit amicis addito el., ut, si non redissent ad bonos mores, eosdem liceret occidi*, cf. V. Cass. 14, 6; Tert. Apol. 2, 24 al., Amm. XV, 5, 26 al., ICti; — Suet., Quint.; — * *emicare* trnsl. q. excellere: L. Diad. 3, 3, Tr. Gall. 11, 9, V. Prob. 23, 2, Car. 11, 2; — Curt., Just., all. (etiam Hor. s.); — *enormis* (uel. inormis): Sp. Geta 6, 2, L. Hel. 10, 3, V. Sat. 7, 5, Car. 16, 2, comp. Sp. Ver. 1, 3; — it. *enormitas*: Sp. Car. 2, 8, C. Gord. 29, 1; — Sen., Quint., Tac., all; — *euitatio*: V. Aur. 22, 4; —

Sen., Quint.; — * *exarmare* trnsl. i. uiribus priuare atque innocuum reddere: Sp. Hadr. 5, 8 *Lusium sublatis gentibus Mauris quos regebat exarmauit*, L. Hel. 21, 1 *leones et leopardos exarmatos;* — poett., Petr., Plin. epp., all.; — * *excessus* abs. (sc. e uita): Sp. Hadr. 2, 6 *Neruae*, 4, 7 *Traiani*, C. Ant. Ph. 1, 10 (de hom. priuato), 6, 2 *Hadriani*, V. Tac. 1, 1 *Romuli*, al., Amm.; — Tac., Tert. (iam Cic., sed de Romulo 'non comparente'); — * *excusare* q. recusare: Sp. Seu. 9 ex. *Parthicum nomen;* — Tac., Plin. min.; — * *exosus* pass.: Sp. Car. 9, 3 *omnibus castris*; Eutr.; — Gell.; — * *exsertus* adi.: Sp. Seu. 3, 1 *tribunatum seuerissime exsertissimeque egit*, Amm., Pacat.; — App. (ut part. C. Macr. 12, 5); — r. *extimus* pro extremus: Tr. XXX, 12, 13 *in Thraciae extimis*, Amm. XVIII, 13, 27 *extima limitum*, al.; — Lucr., Plin., Tert.; — r. *exustio:* L. Hel. 17, 3 *amphitheatri*; — Cic. s., Plin.; — * *Fabulae* q. sermones: C. Pert. 13, 5 *libere f. conferre*, Gord. 24, 3, Sp. Pesc. 11, 4, L. Al. 44, 1 *in f. amabilis*, ib. 34, 6 et C. Pert. 12, 7 *f. literatae*, al.; — Petr., Tac., Plin. epp.; — *farratus:* Sp. Geta 5, 8 *farrata;* — Pers. (olla f.), neutr. pl. abs. Juu.; — *fasciare*: C. Ant. P. 13, 1; — part. perf. Mart.; — *febrire:* Sp. Hadr. 25, 3 *ad febrientem Hadr.;* — Cels., Col.; — r. *feneus*: Sp. Pesc. 12, 1; — Cic. fragm. or. Corn.; — *fictio:* C. Macr. 4, 7; — Quint. cett.; — *figmentum*: Sp. Seu. 21, 6; — Gell., App.; — *figurate:* Sp. Seu. 15, 13 *cur pleraque f. dixissent;* — Ps. Suet. u. Juu.; figurat*o* Tert. (id. 'figuraliter' test. an. 2 *oblique et f. exprobrans;* Aug., Sid.); — *fiscalis*: Sp. Hadr. 7, 5 *cursus*, C. Gord. 33, 1, V. Aur. 48, 4; — Suet., ICti; —

*fontana:* subst. V. Car. 17, 5 *cum ad quendam locum uenisset, in quo fontana esset pertepida, ut adsolet per hiemem naturaliter;* Grom.; — adi. Ou., Cels.; — *formularia* subst.: Sp. Geta 2, 4 *Seuerum ad fisci aduocationem delegerat ex formularia forensi* (uulg. formulario); — masc. subst. Quint.; — *fragilitas:* L. Diad. 1, 5 *per condicionem fragilitatis humanae*; — Cic. Tusc. V, 1, 3, sed magis postaug. usus; — *friuolus*: C. Alb. 5, 10, V. Aur. 3, 1, 10, 1 et 14, 1; — post auct. rhet. ad Her. apud postaug. demum freq.; — *Galbinus:* V. Aur. 34, 2 *tunica*; — Petr., Mart., Juu.; — *gemmatus*: L. Hel. 29, 1, Tr. XXX, 30, 19, V. Firm. 3, 4 et saepius; — Ou., Plin., Suet., all.; — *genitura:* i. sideratio natalicia Sp. Ver. 3. 8, Seu. 2, 9. ib. 3, 9, Geta 2, 7, C. Gord. 20, 1, L. Diad. 5, 1. 5, al.; Eutr., Amm.; — Suet.; al. Plin., Tert., Arn.; — *Germanicianus*: C. Alb. 1, 2 *exercitus*; — Suet.; — *gulosus*: L. Comm. 10, 1, Sp. Jul. 9, 1, C. Alb. 11, 2; — Sen., Mart., all.; — r. *Helluatio:* Tr. Gall. 4, 3 *helluationi uacare*; — Cic. p. red. in sen. 6, 13; — *hispidus:* V. Firm. 4, 1; — poett. et. postaug.; — *hodieque:* Sp. Ver. 4, 7 *cum orationem pulcherrimam, quae hodieque legitur, . . parasset*, C. Ant. Ph. 12, 12, L. Al. 3, 3, ib. 26, 9, ib. 39, 4, ib. 40, 6, ib. 63, 4, Tr. XXX, 14, 3. 4, ib. 31, 3 . .; — Vell., Plin., cf. Hand Turs. III, p. 100 sqq.; — etiam *idque* pro ‘id quoque’ Spart. habet Pesc. 3 ex. *sed scias idque de Nigro, militem timere non posse, nisi integri fuerint duces*, — quod et Tac. Ann. IV, 74 cod. praebet (donec *idque* uetitum), aliisque apud eundem locis mss. *que* pro ‘quoque’, expunctum ubique ab editoribus, uindicantibus tamen aliis,

ut Bach N. Jahrb. XI, p. 27, Roth ad Agr. exc. XXVIII; — *homicidium*: L. Comm. 9, 6; — Sen., Petr., Quint., all. (saepe Tert., ut apol. 9); — *Jactantia:* L. Al. 63, 5 *ad i. sui*; — Quint., Tac., all..; — *ibex:* C. Gord. 3. 7, V. Prob. 19, 4; — Plin. VIII, 79, 214; — *ignitus:* V. Car. 8, 5 *sidus;* — Gell., App.; — **imponere* q. praeponere: Sp. Hadr. 23, 13 *quem praetura honorauit et statim Pannoniis imposuit*, id. Ver. 3, 2, cl. 5, C. Pert. 6, 4 *ut eum rebus Romanis imponerent* (i. e. imperatorem facerent), 2, 6 et 12, 8, cf. Dict. IV, 5, 22 al.; — Lucan., et saep. Tac., ut Ann. II, 43 *qui Syriae imponeretur*, cf. Bötticher Lex. Tac. s. u.; — r. *impuritas:* C. Macr. 7, 8; — Cic. s.; — *incendiarius;* L. Comm. 16, 2 *aues;* — Tac. subst.; — *incestare:* C. Ver. 10, 1; — in ped. serm. Suet. et Tac. sing. locis; — *inciuilis:* L. Diad. 8, 2 *ob. i. principatum*, adu. V. Aur. 21, 5; — Suet., Gell., App. (cf. ciuilis Sp. Hadr. 20, 1, C. Pert. 9, 9 al.; — Ouid., Liu., all.; cf. et supra 'ciuilitas'); — **inclinare*: (animum) in aliquem: L. Diad. 9, 4 *in Aurelium i. exercitus*, Hel. 5, 1 *in Alexandrum i. animos;* — Curt., Tac.; — **inclinatio* syn. beniuolentia: L. Al. 2, 2 *senatus et populi*; — Tac.; — *indifferens:* adu. Sp. Jul. 4, 7; — adi. et adu. Sen., Quint., Suet., all.; — **indulgere* trans.: q. concedere, gratificari C. Ver. 3, 8 *participatu imperatoriae potestatis indulto*, 4, 1; q. remittere L. Al. 21, 1 (cit. p. 81); — poett. postaug., Suet., Tac., ICti, all. (Notandum etiam indulgere intr. c. dat. rei q. in deliciis habere aliquid: L. Al. 37, 10 *pomis uehementer indulsit*, V. Tac. 11, 2 *oleribus*, cf. Sp. Hadr. 3, 3; — Suet. Oct. 70 *aleae indulgens;* alii similia, non tamen

plane eiusdemmodi); — *indumentum:* L. Diad. 3, 3 *coccea et purpurea accepit*, C. Gord. 22, 3; Amm., Vict., Lact., all.; — Gell.; — *inebriare:* V. Bon. 14, 4; — Plin., Juu.; — **infantia* q. pueritia prima: C. Ant. Ph. 2, 1 *fuit a prima infantia grauis*; — Plin., Quint., Juu., Tac.; cf. L. Al. 57, 4 *circumfusis mulieribus et infantibus*; — *infantulus:* C. Alb. 5, 6. 7, ib. 7, 5; — App.; — *infulcire:* C. Macr. 5, 6 *in nomen Seueri se;* — Sen., Frontin., Suet., Tert., ut res. carn. 49 ex.; — **ingressus:* Sp. Seu. 7, 3 *fuit ingressus* (in urbem) *Seueri odiosus atque terribilis;* — Vell., Tac., all.; — r. *inhonestus* pers.: C. Alb. 10, 1 *ut eum dicat improbum inhonestum* . . (Ter., Hor., Cic.); — r. *inhumaniter:* Sp. Ver. 5, 10 *faciens cursitare;* — s. Cic.; — *innotescere:* Sp. Hadr. 17, 6 . ., C. Alb. 6, 1 . ., V. Car. 15, 6 et saep.; — postcaes.; — *inolescere:* Sp. Car. 9, 2, C. Maxim. 5, 2; — Verg., Col., Gell., pstt.; — *inquietus*: V. Car. 13, 1 *motus inquieti pectoris comprimere*, Sat. 7, 1 *Gallus, ex gente hominum inquietissima;* — Hor., Liu., Sen. tr., Vell., Tac., Suet., all.; — *insigniter:* Tr. Val. 5, 1; — Gell., App.; — *inspectio:* V. Aur. 21, 4 *post i. librorum sacrorumque curas;* — Col., Quint., Plin. epp., App.; — *instauratio:* L. Hel. 7, 8 *amphitheatri*, Al. 24, 3; — Cic. har. resp.; Gell.; — *insubidus:* L. Comm. 17, 3 *uultu insubido ut ebriosi solent;* — Gell. XXX, 9, 9 al.; — *interemptor:* Tr. XXX, 8, 7; — Vell., Val. Max., Sen.; — *interuigilare*: L. Al. 61, 3; — Sen.; — *interulus:* fem. subst. Val. ap. Tr. Cl. 14, 10 *interulas puras duas*, Aur. ap. V. Bonos. 15, 8 al.; — App. et adi. (tunica int.) et subst.; — *intimare:* Sp. Ver.

7, 3, C. Ver. 1, 1, Tr. Cl. 17, 2, V. Tac. 12, 1 et saepius, it. postt., e. c. Amm. XV, 4, 4, Firm. prof. rel. p. 8 Bu.; — App. dogm. Plat. II, 5 (cf. Hildebr. ad l.) al., Tert.; — r. *intuitus*: Tr. Cl. 1, 1 al. (u. IV); — Varro L. L. VII, 7; — * *inuadere*: imperium V. Car. 12, 1, principatum Tr. Gall. 14, 6, cf. V. Firm. 2, 2, et sim. L. Hel. 9, 2 'nomen Autonini, in quod inuaserat'; — illo modo Liu. s., Tac., Just., all.; — *inundatio*: C. Ant. Ph. 8, 4 al.; — Col., Plin., all.; — *ioculariter*: Sp. Hadr. 12, 4; — Plin., Suet.; — *irreuerens*: Sp. Car. 2, 5 *matri*; — Plin. epp., Tert.; — * *iungere*, *coniungere* c. dat. (sc. matrimonio): Sp. Seu. 14, 8, C. Ant. P. 10, 2 *cum Marco filiam coniungeret*, Sp. l. l. 3, 9 *ut regi iungeretur*; Amm., Vict. ep. 41, 4; — poett., ut Verg. A. IV, 192, Tac., ut Agr. 6, 1, Suet.; — *iuridicus*: subst. C. Ant. Ph. 11, 6; Dig.; — adi. Plin. III, 3, 7 *conuentus*.; — *Lactarius*: masc. subst. L. Hel. 27, 3, neutr. subst. ib. (= lactarium opus, ut 32, 4); — adi. Varro, Plin.; — *lanceola*: C. Maxim. 4, 7 *triginta milites aliquando lassasti*; — Cels., Sen., Plin., postt.; — *legalis*: Sp. Seu. 21, 8 *Papinianum doctrinae legalis thesaurum*; — Quint., Tert.; — *libralis*: Val. ap. Tr. Cl. 14, 5 *torquem l. unum*; — Col., Plin.; — *lignarius*: adi. C. Pert. 1, 1 *negotiatio*; — Scrib., subst. Liu.; Pall., Hier.; — *liquamen*: V. Aur. 9, 6; — Col.; — *literarius*: Seu. ap. C. Alb. 12, 12 *ludicra*, V. Tac. 6, 5 *magister*, Bonos. 14, 1 *paedagogus*; saepe Symmach. (cf. Mahne Misc. Latinit p. 53); — Plin., Quint., Tac.; — *lusorius*: neutr. subst. L. Hel. 25, 8 *lusorium* (i. amphitheatrum), fem. subst. V. Bonos. 15, 1 *lusoriae*, Cod. Theod. VIII, 17, 1, Nou. Theod. t. 24

1 et 5 (sc. naues, cf. Amm. XVII, 2, 3 al.); — adi. Sen., Plin.; — *luxuriari:* L, Al. 54, 7 al.; — Ou., Col., Plin., all.; — *Machinamentum:* C. Ant. Ph. 24, 4 *contra hostium machinamentum*, Maxim. 22, 5 *diruebantur machinamenta*, Veg. r. m. IV, 14 al.; — Liu., Cels., Sen., Tac., all.; — **maledicere qm:* Sp. Geta 3, 3 *maledictus;* — Petron.; Tert., Arn. II, 45 *se omnes maledicerent*; cf. C. Pert. 13, 5 *male Pertinacem loquebantur;* — **mancipare* trnsl.: Val. ap. V. Prob. 4, 1 *cum ea Persarum manu, quam nobis Artabassis Syrus mancipauit*; — Tac., App., Tert.; — **mansio* loc.: Sp. Seu. 22, 4 *cum ad proximam m. rediret*, L. Al. 45, 2 *in prima m. mansurus*, V. Aur. 35, 5 *apud Caenofrurium mansionem*; — Plin., Suet.; — **matrimonium* meton. q. uxor: Tr. XXX, 6, 3; — Tac. Ann. II, 13, Just. III, 3, 8, al.; — **ministerium* plur. meton. pro 'ministri': L. Comm. 3, 1 *patris ministeria seniora summouit;* Vict. C. 9, 2, ep. 9, 5, ib. 48, 10, Amm.; — Tac., Suet., App.; — ministerium coll. L. Al. 15, 2 et 41, 3 *aulicum.*; — *minutia:* Val. ap. Tr. Cl. 14, 14 *quae propter minutias suas scribi nequeunt;* Lact., Amm.; — Sen.; — *momentarius*: L. Hel. 24, 1 *piscinas*; — App., Papin. Dig.; — m*ōrio:* Ver. ap. V. Cass. 1, 8 *me luxuriosum m. uocat*, L. Al. 34, 1; — Mart., Plin. min.; — *mularis*: L. Hel. 4, 4 *carpentum*; — Col.; — *mundanus*: C. Gord. 26, 2 *mundanum malum esse sedatum*, Macr., Auien. Arat., postt.; — praetent. Cic. Tusc. V, 37, 108.; — *munerarius*: Tr. Cl. 5, 5 *libellus;* — imp. Aug. (Quint. VIII, 3, 34), Sen. rh., Suet.; — **Nares* q. ostium: V. Prob. 21, 2 *deiectis in Sauum naribus fossae*; Pall.; — Vitr.; — **natalis* subst. trnsl. de

impers.: Sp. Hadr. 4, 6 *quando et natalem adoptionis celebrari iussit* ,s. 7 *natalem imperii*; — Plin. XIV, 6, 55 *natali urbis*; plur. id. *arborum* etc., Tert.; — *nimietas*: C. Ver. 1, 4, Tr. Cl. 9, 6, XXX, 9, 5, Arn., Eutr., Pall.; — App.; — *nobiliter*: L. Al. 27, 7 *cantauit*; — Vitr., Plin.; — *notarius*: L. Diad. 9, 2 *istae literae per n. proditae illi apud milites obfuisse dicuntur*, Al. 28, 3, Val. ap. Tr. Cl. 14, 9, V. Aur. 36, 4; — notarius subst. etiam Plin. ep., Mart.; — *notoria* subst.: Gall. ap. Tr. Cl. 17, 2 *notoria tua intimasti, Claudium .. grauiter irasci*; C. Theod. XVI, 2, 31 al.; — App. M. VII, 4 *ille qui falsam de me n. pertulerat*; neutr. subst. Dig., Symm., all.; — *nouercalis*: Tr. XXX, 16, 3 *animus*; — Sen. rh., Stat., Juu., Tac., Just.; — **numeri* (militares): C. Max. Balb. 5, 7, V. Prob. 14, 7, Dig., Amm., Veg. r. m. II, 2, III, 9, 15; — Tac., Plin. epp., Suet.; — **nundinare* trnsl. q. uenditare: C. Gord. 24, 5 *homines per quos antea uelut in auctione positus nundinatus est*; Tert. adu. nat. II, 13.. (enundinare idol. 9), Firm. m., Prud.; — nundinar*i* sic Suet., App. M. X, 33; q. emere iam Cic.; — *nutritor*: V. Tac. 6, 6 *habere imperatorem.., qui nutritorem timeat, respiciat ad nutricem*, L. Hel. 13, 8, Al. 13, 4; — Stat., Suet.; — **Obscenus* pers.: L. Al. 15, 2 *abiectis ex aulico ministerio cunctis obscenis et infamibus;* — Plin. XXVIII, 2, 9; — **obtentus* trnsl: L. Comm. 4, 5 *Commodum in tantum odium incidisse obtentu Saoteri, cuius potentiam populus ferre non poterat*, cf. App. apol. 2; sub obtentu Just. (liberationis), Lact. mort. persec. 24, al.; — Suet., Tac.; — **obterere* q. delere (ui armorum): Tr. Cl. 12, 4 *barbari prouincialium uirtute obtriti sunt*; —

14

Liu., Curt., Tac. Agr. 18, 2, H. IV. 76; cf. conterere V. Firm. 3, 1; — *octogenarius*: C. Gord. 9, 1; — Vitr. *fistula*, de aetate Plin. epp., Suet., postt.; — * *officium* q. sedes ordinaria magistratus: Sp. Hadr. 9, 7 *Romae praetorum et consulum officia frequentauit;* — Plin. min. (cf. int. cet. praesidium pro loco, in quo pr., Caes., Liu., Tac. Ann. IV, 49 al.); — *ominosus*: L. Diad. 5, 3 *quod multi o. putarunt et morti accommodum;* — Plin., Gell., Quint. decl.; — *omnifariam*: V. Aur. 27, 5 *quasi o. uictor imperas*, C. Ant. Ph. 11, 4 *gladiatoria spectacula o. temperauit*; Macr., C. Theod. II, 24, 2 al.; — Gell., Tert. scorp. 2, adu. Marc. II, 9; — *operositas*: V. Tac. 11, 3; — Quint., Tert.; — *opimare*: V. Tac. 11, 5 *mensam suam nunquam nisi agrestibus opimauit*; Aus.; — Col., App.; — *orientalis*: C. Ant. Ph. 12, 13, Tr. XXX, 30, 7, V. Aur. 22, 1, al.; — Gell., Just., inscr. (occidentalis Plin.?, Gell.); — **ostiatim* trnsl.: V. Car. 7, 7 *noscere*; — Quint., pr. Cic., cf. Eutr. X, 1; — *Palliolatus*: V. Bonos. 15, 8 *tunicae*; — Mart., Suet.; — *palumbinus*: L. Al. 13, 1 *ouum*; — Plin.; — *pampinatus*: adi.: Tr. Cl. 17, 5 *lancem argenteam p.*; — Plin. *orbe pampinato se uoluens* i. specie pampini (pampinare = pampinos detrahere uett.); — *parricidialis*: L. Al. 1 ex.; — Flor., Just., — et *parricidalis*: Sp. Seu. 21, 6 *p. figmento*; — Petr. 80*); — r. *peradulescens*: C. Maxim. 3, 6; — s. Cic.; — *permodicus*: C. Ver. 4, 10 *somni p.*; — Suet., Dig.; — **persicus* subst. fem.:

---

*) cf. confinalis Grom., naufragalis M. Cap., patrocinalis inscr., spiritalis eccl., ¿ sacrificalis (infra s. u.), — eadem uariantia conuiualis (supra s. u.) et conuiuialis.

L. Al. 13, 7 *persici arborem*; — Col.; persica arbor Plin.; — * *plumare* i. tenui filo quasi plumeo pertexere: V. Car. 20, 5 *lineas tenuitate perlucidas plumandi difficultate pernobiles*; — Lucan., ceterum cf. Mommsen ad ed. Diocl. add. p. 88 sq.; — *poenitentia*: C. Ver. 7, 3 *adoptionis*; — Liu., Sen., cett.; — *praelibare*: Tr. XXX, 13, 1 *multa de hoc in patris imperio praelibata sunt*; — Stat.; — *praepollere*: V. Car. 11, 1 *Numerianus eloquentia praepollens*; — Liu., Tac., App.; postt.; — * *praerogatiua* subst. per meton. q. praestantia, priuilegium: V. Prob. 6, 6 *quadam felicitatis pr.*, SC ib. 12, 2 *omnia in uno principe constituta sunt . .*, *exemplar agendae rei p. atque omnium pr. uirtutum*, Car. 5, 1 *pr. generis*, — L. Al. 15, 2 *qui militaribus nituntur praerogatiuis*, Eumen., ICti; — Plin., Tert. adu. Valent. 4, adu. Jud. 3 in. al.; — *praesagium*: C. Pert. 11, 3, Sp. Geta 4, 5; — Ou., Vell., Plin.; postt.; — * *praeses* (h. e. prouinciae): Sp. Hadr. 13, 10, C. Ver. 4, 2, V. Aur. 13, 1 al.; — Suet.; postt.; — *praetextus:* L. Hel. 34, 3 *praetextu uerborum adhibito*; — Liu. XXXVI, 6, 5, Petr. 97 s. f., Suet., Tac.; — *praetrepidus:* C. Max. Balb. 1, 1; — Pers., Suet.; praetrepidans Catull. (praetrepidant Ps. Juuenc.); — r. *praeuolare*: Sp. Seu. 22, 1; — Cic., Tac.; — *prasinianus:* C. Ver. 6, 6 *prasinianorum populus*; — Petr.; — *primani*, *quartani:* C. Al. 6, 2 *legionem quartanorum et primanorum*; — Tac., dein postt.; itemque postaugustani usus tertiani (Tac.), septimani (Plin., Tac.), octauani (Mela, Plin.), nonani (Tac.), *decimani*, ut V. Prob. 6, 5. 6 (Front.), etc.; — *primipilarius:* Sp. Jul. 5, 1, Pesc. 2, 4; — Sen., — et *primipilaris*: Sp.

Pesc. l. l. et 4, 6; — Quint., Suet., Tac.; — **priuatim*:* q. specialiter, praecipue: L. Al. 54, 5 *tunc pr. intellectum est, quantum eius seueritas posset;* — Plin. aliq.; — **priuilegium* i. ius praecipuum: Sp. Seu. 3, 7 *minuendo eorum priuilegia* (Atheniensium), Hadr. ap. V. Sat. 8, 8 *uetera pr. reddidi*, Pacat. 24, 4, ICti; — Sen., Plin. min., Suet.; — *proconsularis*: Tr. Gall. 2, 2 *imperium*, V. Aur. 13, 3 *pallia*; Amm.; — Liu. s., Tac., Gell.; — *prodigiosus:* L. Hel. 1, 2 *tyranni*, Tr. Cl. 1, 3 *Gallienum, pr. imperatorem*, XXX, 31, 7; — Ou., Quint., Plin.; — *professor:* Sp. Hadr. 15, 10, 11 *professores omnium artium*, 16, 8; 20, 2 *apud Alexandriam quaestiones professoribus proposuit;* — Cels., Col., Quint., cett.; idem sunt doctores Sp. Hadr. 16 ex.; — *proneptis:* C. Maxim. 27, 6 al.; — Pers., Suet., Dig.; — **protrahere* temporal.: V. Tac. 6, 7 *quo diutius protrahor?;* — Suet.; — **publicare* q. palam facere: C. Ant. P. 4, 4 *cum eum Hadr. adoptare se uelle publicasset*, Alb. 14, 6, L. Al. 64, 2, al.; — Plin.; — *pugillari*: Tr. Gall. 8, 3; — App. (sed subst. uerb. 'pugillatus', ut C. Ant. Ph. 4, 9, iam uett.); — *pullinus:* L. Hel. 22, 1 *oua* (h. e. gallinarum); — Plin. VIII, 69, 172 *dentes* (h. e. pullorum equinorum); — *purificare*: L. Hel. 7, 7 *se*, Al. 7, 2 *nomen Antoninum*; — Plin., Gell., Justin.; — r. *purpurascere*: V. Tac. 17, 3 (mss. purascere); — Cic. ap. Non. p. 111; — *putidulus* dem.: C. Macr. 14, 1; — Mart.; — *Quadratura*: concr. V. Firm. 3, 2; — abstr. App.; — **quadruplus* adi.: M. Ant. ap. C. Alb. 10, 8; Macr.; — App., sed neutr. subst. antt.; — *quaerere* in potestatem τοῦ postulare, uelle exorbitans (postremo et trans-

gressum: hisp. querer, it. cherere, uulgo chiedere): Sp. Seu. 16, 5 *concessa omni praeda . ., quod milites quaerebant*, Tr. XXX, 12, 4, V. Car. 7, 2; cf. int. cett. Tert. adu. Marc. III, 13 ex. *quem intercipere quaerebat*, Fulg. M. II, 17, c. acc. et inf. auct. Orest. trag. 628 *quaerentes ausa latere*; — coeptum antiquitus poetae maxime testantur, quos inter Prop. aliq., ut I, 4, 20; 9, 12; III, 6, 13 'nec mihi iam fastus opponere quaerit iniquos', — atque ita c. inf. Plin., Tac. (mutare sedes); — *qualitas*: C. Gord. 6, 1 *corporis qualitate subcrassulus*, 17, 2 *ad probandam generis q.*, Alb. 11, 6 *causae q.*, Ant. P. 7, 6, Max. Balb. 6, 2 et 7, 4, L. Al. 18, 1, ib. 23, 1, ib. 27, 3, ib. 29, 3, Tr. Gall. 18, 4 *currum fieri iusserat pro qualitate statuae* (q. pro quantitate), al.; Arn. III, 32 *nominis huius q.*, ICti; — praetent. Cic. dein usu recept. ap. Col., Plin., Quint.; — *quartani*: u. 'primani'; — *quaternarius*: L. Al. 39, 9 *formas* (sc. nummorum); — Col., Plin.; — * *quinquennalis* subst.: Sp. Hadr. 19, 1 *fuit in patria sua q. et item Hadriae;* — App.; — * *Rebellio* q. seditio: Vulc. Cass. 7, 5, Tr. XXX, 5, 1, ib. 26, 7, al.; — Tac. Hist. IV, 13 al.; — * *rector* (prouinciae praepositus): C. Max. Balb. 7, 1 *prouinciarum infinitarum*, L. Al. 45, 6, al..; Amm., all.; — Suet., Tac.; — *repos*(i)*torium:* C. Ant. Ph. 17, 4 (cf p. 75); — Petr., Plin.; — *restitutio*: C. Ant. P. 8, 3; — Cic. bis, freq. Suet., ICti, all.; — * *retorridus* trnsl.: C. Max. Balb. 6, 2, L. Al. 59, 5 *Gallicanae mentes durae ac r.;* — Gell.; — * *retro* q. antea: C. Pert. 9, 2 *stipendia plurimis retro debita exsoluit*, et attrib. L. Al. 35, 1 *laudes meliorum retro principum*; Amm. XXII, 9, 3 *Nicomediam, .. magnis retro princi-*

*pum amplificatam impensis*, Pacat. Theod. 14, 3 *cuiusdam retro principis fercula*, 1, 2; 13, 2 (cf. 31, 1; 22, 4 *Persis, rei p. nostrae retro aemula)*; 'retro principes' etiam inscr. Or. 1049 et 1098, C. Theod. IX, 7, 2 et saep., — Macr. C. I, 21, 9 *nec longam eius* (mundi) *retro aetatem*, all.*); — Plin. min., Stat.; saepe Tertull. et aduerbialiter, ut poen. 1 *hoc genus hominum, quod et ipsi retro fuimus*, et interdum attributiue, ut or. 1 *euangelio expunctore totius retro uetustatis;* cf. Oehl. ad spectac. 9 in.; — *reuerenter:* C. Ant. P. 5, 1; — Plin. min., Suet.; — *russeus*: L. Diad. 2, 8 *paenulas coloris russei;* Pall.; — Petr., App.; — *rusticitas*: L. Al. 63, 2 *asperitas atque r. Maximini;* — post Ou. Sen., Quint., all.; — *Sacerdotalis*: L. Comm. 12, 1 *collegia*, Amm., C. Theod., Macr., inscrr.; — Plin. epp., Tert.; — *sacrificalis:* V. Prob. 5, 1 *patera*; — Tac., App., Tert.; — *saeue*: Sp. Seu. 9, 6 *in multos s. animaduertit*; — Luc., Suet., Flor.; — **salarium* subst.: Sp. Pesc. 7, 6 *addidit consiliariis salaria, ne eos grauarent quibus adsidebant*, C. Ant. Ph. 15, 3, L. Al. 42, 3, Tr. Cl. 14, 3, V. Aur. 9, 1, al.; — Sen., Plin., Suet., Tac.; — r. *saliatus:* C.

*) Alia talis hyphen figurae exempla sunt apud nostros: Sp. Hadr. 24, 2 *duo pariter Augusti*, Tr. XXX, 11, 7 *in XXX tyrannorum simul uitas* (cf. Just. II, 12, 3 *bellum inferre olim conditoribus uestris cogitatis*, VI, 1, 3 al., App. apol. 15 *sine ullo foris adminiculo*, ib. 74, Met. III, 26, Tert. cor. mil. 8 *in nostris hodie usibus et in pristinorum sanctorum*, al.); — L. Hel. 30, 7 *semel lauisse ac statim destruxisse* (balneas), *ne ex usu balneas haberet*, Tr. Gall. 20, 3 *cum taciti ex militibus uiri detrimenta pertulissent*, Sp. Hadr. 10, 5 (cf. Roth ad Tac. Agr. p. 235 sqq.) Denique dictiones aduerbiales compositae (praep. c. casu nom.) post usum attributiuum etiam abs. pro subst. positae comparent, ut ap. nostros L. Al. 31, 1 *postmeridianas horas subscriptioni et lectioni epistularum dedit, ita ut ab epistulis, libellis et a memoria semper adsisterent*, C. Gord. 11, 4 *uester pro consule*, et saepius.

Ant. Ph. 4, 3; — Cic. p. Scauro 15, 39; — *saltitare*: V. Aur. 6, 4, Arn., Macr.; — Quint.; – *saturnalicius:* Sp. Hadr. 17, 3 *saturnalicia amicis misit;* — Mart.; — *scalptura*: concr. L. Hel. 23, 4 *scalpturae nobilium artificum*; — Vitr.; abstr. Plin., Suet.; — *secrete:* comp. C. Alb. 8, 2; — Sen.; posit. Tert.; — **scire* c. acc. pers. q. nosse: Sp. Car. 2, 1 *ut eum, quem puerum scierant, multi esse non crederent*, Hadr. 21, 2, C. Ant. Ph. 10, 5; — Tert. apol. 5, 21, an. 46, al., App. Met. VI, 23; — **seculum* i. principatus alicuius: C. Gord. 24, 1 *eius s. emendatius socero adiuuante perfectum*, cf. Cod. Just. IX, 8, 1; — Tac. Agr. 3, 1 (cf. Walch ad l.), 44, 5, Plin. ep. ad Trai. 2, 2 al., cf. Suet. Oct. 100; ut uulgo V. Prob. 23, 2; — *secutor:* genus gladiatoris L. Comm. 15 ex.; — Suet., Juu., generali sign. App.; — **sedile* i. sella: Sp. Hadr. 23, 8 *in s. regio iuxta lectum posito;* — Sen., Gell.; cf. C. Pert. 8, 6 *s. uehiculare;* — *septio*: V. Aur. 22, 1 *quae ad septiones pertinebant* (i. e. ad muros urbis dilatandos); — Vitr.; — *sigillaria*, orum: Sp. Car. 1, 8 *quod a parentibus gratia sigillariorum acceperat*, *id uel clientibus uel magistris sponte donauit*; — Sen., Suet., Dig., al.; — *sinceritas:* V. Aur. 9, 6; — Vell., Val. Max., Col., Sen., all.; — *sollemnitas:* L. Al. 5, 1 *sollemnitatis implendae causa*, V. Aur. 20, 3 *expleta est;* Aus., Solin., ICti; — Gell.; — **spatha* i. genus gladii (spada, espada, sicil. spata, Diez Roman. WB I s. u.): Sp. Hadr. 10, 5, C. Maxim. 29, 9, Tr. Cl. 8, 5 *spathis et lanceolis* (Gothorum) *omnia litora operiuntur*, 7, 5; Veg. r. m. II, 15 *gladios maiores quos sp. uocant*, III, 14; — Tac., App., Tert.; — *spatiosus:* Sp. Seu. 4, 5 *horti*;

— poett., in ped. serm. postaug.; — *specialiter:* C. Ant. Ph. 19, 12, Tr. XXX, 8, 11, Dig., Grom.; — Col., Cels.; — adi. Tr. XXX, 14, 3 *quod speciale semper habuerunt*, C. Ant. Ph. 17, 2, al.; — Sen., Quint., Dig.; — * *speciosus* q. formosus, spectabilis (Agrim. p. 363, 20 Lm. *speciosum, hoc est formosum)*: L. Al. 33, 3 *non pretiosis, sed sp. uestibus*, Diad. 3, 2 *puer omnium speciosissimus*, Tr. XXX, 15 ex., C. Maxim. 22, 7, Sp. Pesc. 12, 2 *iuuentutem quae in utroque minus sp. domi fuisset*, al.; — in ped. serm. postaug.; — *spinthria:* L. Hel. 33, 1; — Suet., Tac.; — *spoliarium*: L. Comm. 18 et 19; — Senecae, Plin. epp.; — * *statiuae:* L. Al. 45, 2 *deinde per ordinem mansiones* (sc. publice proponebantur), *deinde statiuae, deinde ubi annona esset accipienda*; — sic statiua Plin., Fronto ep. ad M. Caes. I, 6, p. 15 Nab.; — * *structor* (τραπεζοποιός)*:* L. Hel, 27, 3, C. Ver. 5, 2, Val. ap. Tr. Cl. 14, 9; — Petr., Mart., Juu.; — r. *subalaris:* L. Hel. 19 ex. *plumae perdicum*; — al. Nep. Alc. 10, 5 (?); — * *subiacere* trnsl.: L. Al. 18, 1 *ridebatur ingenti cachinno, si eius dignitas grauiori s. non posset iniuriae*, V. Tac. 6, 6 *qui uirgarum ictibus terrorique subiaceat*; C. Just. IV, 40, 4 *capitali supplicio s.;* — Quint., App.; cf. L. Al. 51, 6 *fustibus subiciebatur aut uirgis*; — * *successio* sc. hereditaria: C. Ant. Ph. 11, 8 (plur.), al.; — Plin., Tac., all.; — * *successorem dare alicui, accipere:* Sp. Hadr. 11, 3 *Suetonio epistularum magistro multisque aliis, quod apud Sabinam uxorem familiarius se egerant, successores dedit*, ib. 9, 4. 5, Ver. Caes. 6, 5, C. Maxim. 19, 1, L. Al. 32, 3; Sp. Hadr. 24, 7 *successore accepto dignitate priuatus est;* — Suet., Plin.

min.; — *suggestio*: V. Aur. 14, 6 *quod* (principes) *proposita suggestione fecerunt*, et 19, 1; Symm. ep. X, 54 in., IX, 6..; — al. Quint. (illa signif. suggestus Tert. ap. 18 *ex suggestu Demetrii Phalerei*, Vlp. Dig.); — *superducere*: C. Ant. Ph. 29 ex.; — Tert. saepius; — *superfluus*: C. Ant. P. 7, 10 *species s. uendidit*, V. Aur. 5, 1; — Sen. epp., Plin. paneg.; — * *suppuratus*: L. Comm. 10, 4 *capite*; — Sen., Plin.; — * *tabularius* subst.: C. Ant. Ph. 9, 8 *publicus*; — Sen., Dig. al., tabularium Cic., all.; — *tepide*: L. Comm. 1, 9 comp.; — Col., Plin. epp.; — *ternarius*: L. Al. 39, 9 *formas* (sc. nummorum); — Col.; — * *textus* trnsl.: C. Maxim. 1, 3 *quorum res gestae longiorem desiderant textum*, Amm. XV, 5, 4, XXV, 10, 6, al.; — Quint., Manil., App.; — *transitorius*: L. Al. 28, 6 *in for oNeruae quod tr. dicitur;* — Suet.; — *tyrannicida*: L. Hel. 34, 1; — Sen., all.; — * *Venatio* meton. q. ferae uenaticae uel caro ferina (gall. venaison): L. Al. 37, 7 *leporem cotidie habuit, uenationem frequentem, sed eam cum amicis diuidebat*, Sp. Hadr. 26, 3, cf. Fulg. M. II, 19 *quod omnis uenatio nocte pascatur, dieque dormiat*, et sic alii serr., u. Rhod. ad Scrib. Larg. p. 134; — praeiuit tamen Cels. II, 20 al.; idem, quod ll. ll. uenatio, alias dicitur cibus siluestris C. Maxim. 28, 2, agrestia V. Tac. 11, 5 (u. supra 'opimare'); — * *uenetus* (de colore): L. Hel. 24, 1; — Mart., Juu., Suet.; Veg. r. m.; — *uernula* demin.: C. Macr. 13, 3; — Sen., Petr., Plin., all.; — *uersificator*: V. Sat. 7, 4; — Quint., Justin.; — * *uestiarium* subst. i. arca uestiaria: V. Aur. 45, 4; — Plin.; Col., Sen., Dig.; — *uiatorius*: C. Ver. 4, 6 *cucullio*; Veg. uet, Dig., inscr.; — Vitr.,

Plin.; — *uillosus*: Gall. ap. Tr. Claud. 17, 7; — post poett. Plin.; — * *uitalia*: L. Hel. 16 ex. *cum alios uitalibus exemptis necarent*; — Sen., Luc., Plin.; — *uitrarius*: L. Al. 24, 5; — Sen.; — *unanimiter*: V. Tac. 4 ex.; Arn.; adi. Claud.; — Tert.; — *uncialis*: Tr. Cl. 14, 5 *anulus*; — Plin.; — *urbicus*: L. Hel. 20, 2 *praefectura*, V. Aur. 47, 2 *annona*; Dig., C. Theod.; — Suet. (annona, magistratus), Gell.; — * *uultus* i. effigiatus, effigies: C. Gord. 10 ex. *in castris Gordianorum uultus sunt propositi*, Val. ap. Tr. Cl. 14, 3 *Philippeos* (sc. aureos) *nostri uultus*, V. Prob. 23, 5 *diuinitatem Probi consecrandam uultibus et ornandum templis*, C. Max. Balb. 17, 2, Tr. Cl. 3, 3 al.; — Plin., cf. Juu. VII, 238;*) —

2. Contra priscae Latinitatis auctorum ritu exemploue haec uocabula usurpata inuenimus a nostris, partim primis, quantum scitur, inter posteriores, partim post alios serioris fere aetatis scriptores:

*Acrimonia* transl.: u. Non. p. 52; auct. ad Herenn., etiam Cic. inuent. et in Verr.; — C. Alb. 11, 5 *propter morum acr.*; — *alimonia:* Plaut., Varro; — Vop. Prob. 15, 6 *ad nostrorum al.*; Gell., App., ICti, all. postt.; — *cucullio* (i. q. cucullus): Cato r. r. 2; — C. Ver. 4, 6, L. Hel. 32, 9; — *fidicina*: Pl., Ter.; — C. Ver. 8, 11; — *gabalus*: u. Non. p. 80; — Macr. ap. C. Macr. 11, 6, uers. 2; — *guttula:* Plaut.; — L. Al. 44, 9; — *habitudo:*

*) Al. uultus q. facies L. Comm. 5, 4 *uultus forma disceptatrice*, 11, 3 *deformato uultu*, Hel. 5, 5 *uultum eodem quo Venus pingitur schemate figurabat*, 23, 5, C. Gord. 6, 1, Max. Balb. 6, 2, V. Firm. 4, 1 *uultu nigriore*, al.; primaria tamen significatione C. Gord. 6, 1 *pompali uultu, facie bene lata*, forsan et Tr. XXX, 30, 15.

Ter.; — C. Pert. 12, 1 *h. corporis pinguiore*, Sp. Hadr. 26, 1; App., Coel. Aur.; — *linteo:* Plaut.; — L. Al. 24, 5; Veg. r. m. I, 6, C. Th. X, 20, 8, ubi iidem qui linteones et linyphi dicuntur, et l. 16 lintearii (linifiones supra p. 47); — *orarium*: Lucil.; — Tr. Cl. 17, 7, Vop. Aur. 48, 5; — *pellio*: Pl. Men. 403; — L. Alex. 24, 5; cod. Th., inscr., Vulg.; — *prosapia*: obsoletum sec. Quint. I, 6, 40 et iam Cic. Tim. 11 (*ut utamur uetere uerbo*, *prosapiam*) recoxerunt tamen postinde eum alii, ut Suet. s., Just. s., App. aliquoties, tum C. Ver. 2, 1 *hac pr. genitus in familiam Aeliam deuenit;* — *risio:* Pl. Stich. 658; — Sp. Ver. Caes. 4, 4; — *sanctitudo:* u. Non. p. 118 et Gell. XVII, 2, 19; — C. Ver. 8, 9 *uenerabilem morum suorum et imitandam s.*; — *trico*: Lucil; — C. Ver. 4, 6; —

*annarius* (lex): antique pro annalis P. Diac. p. 27; — L. Comm. 2, 4, Arn.; — *aspernabilis:* Acc. 555 ap. Non.; Gell.; — C. Max. Balb. 6, 2 (sed act., u. pp. 44*), Arn., Aug.; — *congruus*: Plaut.; — L. Hel. 11, 5 *aetati congrua*, App., Pall., all.; — *dicaculus:* Plaut.; — App.; Sp.. Hadr. 20, 8; — *diualis:* Sp. Car. 11, 7 *nomen* (feriae diuales Angeroniae u. diualia ex fast. Verrii Fl. et Kal. Maffaeiorum nota sunt); — *eboratus:* Plaut.; — L. Hel. 4, 4 et V. Aur. 13, 3 *sella*, Aur. 46, 3 *uehicula*; — *fenarius:* Cato, Varr. L. L.; — Tr. Cl. 14, 6 *falx*, Pall.; — *odibilis:* Acc. ap. Prisc. Inst. VI, 68; — L. Hel. 18, 1 (coodibilis Tert.); — *perpes:* Plaut.; Pacuu., — C. Ver. 4, 6 *nocte perpeti alea lusisse*; App., Tert., Just., Solin., C. Theod., all.; — *podagrosus:* Plaut., Lucil.; — L. Hel. 29, 3, Hadr.

ap. V. Sat. 8, 6; — *scitus* q. elegans, decorus: Pl. Rud. 894, arg. acrost. Pl. Merc. 2; — L. Comm. 2, 8 *mulierculas formae scitioris;* Sulp. Seu. dial. III, 15, 2 *scitis uultibus puellae*; — *subaquilus:* Pl. Rud. 423; — Tr. XXX, 30, 15 (Zenobia) *fuit uultu subaquilo, fusci coloris;* cf. It. Alex. 13 *naribus subaquilinis*; al. aquilus priscis erat q. fuscus u. niger; —

*calfactare*: Plaut., s. Hor.; — C. Pert. 8, 5; — *clarere:* Enn., Turp., Lucil.; — Sp. Seu. 20, 4, Geta 3, 6, al.; — *concinnare*: Non. p. 30 'c. est facere, ut Plautus Amfitryone [529].... Asinaria [216]..', idem Pl. saepius, Afran., Lucr., interdum et alii; — C. Pert. 2, 6 *postea prodita est factio quae illi concinnata fuerat;* — *concupiens*: Enn.; — C. Maxim. 13, 3 (c. inf.); — *contruncare*: Plaut.; — L. Alex. 61, 6; App.; — *eradicare:* pr. Varro, transl. Plaut., Ter.; — L. Alex. 6, 4 ex actt. urb.: *di illum eradicarunt*; — *gestitare:* Enn., Plaut.; — Tr. XXX, 14 ex., Solin.; — *inceptare:* intens. Plaut., Ter.; — L. Hel. 28, 6 *ita ut mane dormire inceptaret* (freq.); Gell.; — *indipisci:* Plaut., Lucr.; sed et Liu.; — Sp. Ver. 2, 3, Gell., App.; — *magistrare*: Fest. p. 153 (cl. P. Diac.) 'm. (pro regere et) temperare dic(ebant antiqui)'; — Sp. Hadr. 10, 2 *inter manipula uitam militarem magistrans* (¿ agitans); Hieron.; — *reiectare:* Lucr.; — C. Ant. P. 12, 4; —

*nimis*, it. nimius, nimium: quorum significationis non comparatiuae (= ualde, — multus) 'primariae et a comicis saepe adhibitae, sed in oratione cultiore repudiatae' (Hand Turs. IV,

207 sqq., cf. Pl. Mil. 998, Ter. Eun. 597) cum alii recentissimorum tum nostri (qui item nimie I, 1, nimietas III, 1) satis multa praebent exempla: C. Macr. 1, 5 *cum omnino rerum uilium aut nulla scribenda sint aut nimis pauca*, Sp. Hadr. 14, 8 *fuit poematum et literarum nimium studiosissimus*, C. Max. Balb. 7, 2 *nimia sanctitate ac uerecundia sibi amorem conciliauerat*, Sp. Hadr. 21, 9 *a militibus nimie multum amatus est* (al. hoc C. Gord. 6, 2), Tr. Cl. 9, 6 *et securitate rem p. et opulentiae nimietate donauit;* C. Ant. P. 7, 11, Max. Balb. 6, 1, V. Car. 13, 1, Sp. Ver. 1, 3, Seu. 18, 5 et 7, L. Al. 14, 6, C. Ant. Ph. 27, 11, Ver. 1, 4 al. (sed etiam usitatiore illa potestate comparatiua i. plusquam, ut L. Al. 20, 3, Tr. XXX, 5, 4 et 8, 4); cf. Tert. adu. Judaeos 13 p. 736 *horruit plurimum nimis*, App. Flor. 18 p. 30, 3, Arn. II, 71, Macr. S. VII, 12, 28 al., Amm. XIV, 1, 1, ib. 8, 2, Vict. ep. 41, 12 all. (sed. Macr. S. IV, 6, 15 nimietas i. q. hyperbole, it. C. Th. XVI, 8, 9); — *postinde:* Enn., Lucr. III. 527; — V. Prob. 24, 8 *postinde Carum incipiemus propagare*; — *publicitus:* u. Neue Lat. Formenlehre II, 512; — C. Gord. 9, 3, Valer. ap. Tr. XXX, 18, 10, V. Tac. 10, 3.

Haec tamen in ore uulgi tunc obliterata fuisse omnia, et ab istis studiose resuscitata esse, nullus equidem assero. Ceterum uetusta uocabula a serioribus celebrari satis constat neque eget demonstratione. Exempla tamen aliqua indidi obiter annotata: *custodela* P. Diac. p. 51; — App.; *decermen* P. Diac. p. 72; — App., Mart. C., Sidon.; *dulcitas:* Acc.; — App.; *fremor* poeta ap. Varr.; — App., Arn.; *funditare* Plaut.; — Amm.; *illecebrosus* Plaut.; —

Amm., Prud.; *impendio* adu. Plaut., Ter. etc.; — Gell., App., Amm. XV, 4, 5; *maestitudo* Plaut., Acc.; — Pallad.; *mansues* Cato, Plaut.; — App.; *offucare* P. Diac.; — Tert. idol. 24; *peniculamentum* Enn., Caec., Lucil.; — Arn.; *poenitudo* Pacuu.; — It. Alex. 91.

3. Sequitur indiculus uocabulorum, quae *poetis* siue solis siue praecipue auctoribus, aut quae significatione a poetis praemonstrata in nostrorum scriptis usurpata inueni: *Aclys:* Verg., Val. Fl., Sil., cf. Non. p. 381; — Tr. Claud. 14, 6; — *Accommodus:* Verg., Stat.; — L. Diad. 5, 8 *ominosum et morti a.*; Pall., C. Theod.; cf. commodus supra p. 95 sq.; — *aduelare:* Verg.; — L. Comm. 15, 3 *panno purpureo nudos humeros;* — * *aeuum* q. uitae tempus, aetas: Enn., Lucr., aliique poett., rar. in prosa or. (ut Sall. Jug. in., Vell. II, 89, 5, Sen. ep. 99, 31, Tac. Agr. 3, 3); — C. Ant. Ph. 1, 9 *principio aeui sui nomen habuit Catilii Seueri*, V. Aur. 35, 1 *ut siligineum suum toto aeuo suo unusquisque acciperet;* Sp. Ver. 2, 1 *aeuo ingrauescente*, L. Alex. 58, 2 *aeuo iam graues*; cf. grandaeuus, longaeuus infra; — *albescere:* poett. praecipue; — L. Comm. 10, 4; — *Bacatus*: Verg., Sil.; — L. Alex. 41, 1 *monile;* — * *Contemnere* c. inf.: Hor., Sen. trag.; — Sp. Hadr. 21, 3 *cum ad illum uenire contempsissent;* App.; — * *Dare* inst. edere: Hor. C. III, 6, 47; — Tr. Cl. 10, 7 *Constantium .. Augustos multos de se daturum;* — *debacchari:* Ter., Hor.; — C. Ver. 8, 8 *uillam in qua permultos dies ingenti luxuria d. est.*; cf. uerb. simpl. bacchari, quod usitatius est, L. Comm. 5, 4 *per conuiuia et balneas*; — *degener:* Verg. A. IV, 13 *d. animos timor arguit*, al., Luc. X, 441 *d. passus latebras*,

al., all. poett.; Plin., Tac.; — C. Maxim. 9, 1 *tantum ualet conscientia degeneris animi;* — * *demittere*, ut barbam Lucr., stolam Hor., et all. sic; — Sp. Car. 9, 7 *uestimentum demissum usque ad talos* (Quintil.), C. Ver. 10, 6 *barba demissa;* — * *ducere* q. haurire: Hor., Prop., all.; — V. Firm. 4, 5 *situlas duas plenas mero duxit;* — *Editor:* Luc. s.; — (spectaculi publ.) C. Ant. Ph. 11, 4, ib. 23, 4, V. Aur. 15, 5, Car. 21, 1; — *eloquium* q. eloquentia, stilus: Verg., all., imit. Vell., Plin., Tert. ap. 48 in. et saep.; — Vop., Prob. 2, 6 *honestius el. celsiore demonstrare*, Car. 21, 2; — *Fecundare*: Verg., Sil.; — V. Prob. 15, 6 *equinum pecus nostro fecundatur equitatui*, et 7, al.; — *femineus:* freq. poetis, rar. in ped. serm. postaug.; — Sp. Car. 7, 3 *f. nomine* Tr. Gall. 13, 2 *neque more f.*, XXX, 30, 2 et 16, V. Aur. 41, 9, et saepius nostri; — *feralis* q. exitialis: Lucan., Sulp. sat., all.; Flor.; — L. Comm. 11, 7 *f. scalprum*; — * *ferre* (hoc est pf. tuli) pro auferre: u. supra p. 62 sq.; — * *fictus* pers.: Hor., dein Plin. ep.; — Sp. Pesc. 5, 1 *uita fictus*, C. Alb. 12, 10 *f. illum et ad omnia mendaciorum genera paratum*; cf. Ant. Ph. 29, 6 *quod effictus fuisset*, — et Sp. Car. 5, 2 *fingere benignum*; — *flauere*: Cat., Verg., Col. X, all.; — C. Ver. 10, 7 *flauentium capillorum;* — *flauescere:* Verg., Ouid.; Quint. s., Plin.; — C. Ver. l. l.; — *Grandaeuus:* Verg.. Prop., all.; Plin., Tac.; — C. Ant. Ph. 20, 6, Maximin. 6, 5; — *Hastile* q. hasta: Enn., Verg., all.; — V. Tac. 4, 6 *h. torquere;* — *Herculeus*: Hor., Ou., all.; — L. Comm. 7, 3 *nomen*, L. Al. 35, 4. — *herniosus:* Verg. Cat. 5, 39; — L. Hel. 25, 6; — *hispidus:* poett.; Plin., Gell.; — V. Firm. 4,

1 *pilosus atque h.*; — *Inardescere:* poett. saepius; Quint., Tac. et Curt. s., Plin.; — L. Ål. 17, 2 *toto uultu inardescente*; — * *incestus* pers.: Hor., all., Plin. paneg.; — Sp. Car. 11, 5 *parricida et incestus*, C. Macr. 2, 4; — *incuratus*: Hor. (ulcera); — al. V. Aur. 28, 1 *neque quidquam reliquit..imperfectum aut inc.;* — *indefessus*: poett., Tac. bis, Plin. paneg. 5; — Tr. Cl. 11, 1 *indefessa pugnandi continuatione*, adu. u. p. 18; — *infandus:* poett. freq., Liu. ter; — V. Aur. 41, 5; — *ingrauare*: poett.; Plin.; — Sp. Seu. 21, 10 *ingrauatus morbo*; sic tamen saepius simpl., ut Ver. 6, 10 *grauatus languore*, al.; — *inhorerre* c. abl. syn. scatere, refertum esse: C. Ver. 1, 4 *non inhorruisse uitiis*, *non abundasse uirtutibus*, — quemadmodum simpl. horrere apud poetas, ut h. capillis Hor.; — *inopinus*: Verg., all.; — Tr. XXX, 12, 17 *nec noua uel inopina nobis sunt*; Amm.; — *insomnium*: Verg., Ou., Sil., all.; — Sp. Hadr. 25, 2 *quod cum i. implesset*, *oculos recepit*, cf. Macr. S. Scip. I, 3; — *intonare*: poett. freq., s. Liu. et Petr.; — V. Tac. 4, 6 *clipeis*; — * *inualidus* syn. aegrotus: poett.; interdum Liu. ac deinde all.; — V. Car. 12, 2 *oculos*; — *inuiolabilis*: Lucr., Verg., all.; s. Tac.; — V. Aur. 41, 5 *ferro inuiolabilis*; — * *inuidus* cum traiectione ad res: Lucr., Hor., all. (hiems, cura); — V. Tac. 1, 1 *non inuido sed grato religiosoque certamine;* — *iuuenalis*: in festi ludorumque iuuenalium uocabulo usitatum (sic C. Gord. 4, 6), sed instar iuuenilis poetis tantummodo frequentatum, apud Liuium tamen aliquoties admissum (u. ap. Weissenb. ad XXXVII, 20, 5); — L. Alex. 58, 3 et Tr. XXX, 13, 2 i. *aetas*; — *iuuenta*: poett., in ped. s. Liu. et post Aug. all.;

— Sp. Seuer. 2, 1 *iuuentam plenam furorum habuit*; — * *Labi* q. ruere: Verg., Ou.; — Sp. Seu. 3, 4 *templum quod iam labebatur*, ib. 23, 1 *aedes publ. quae uitio temporum labebantur;* — * *languor* q. aegrotatio: Ou. Met. IX, 767 *ficto l. moram trahit*, all.; Suet.; — C. Maximin. 5, 2 *fictis l. occupatus*, Sp. Ver. 6, 10; — *lentare*: Verg., Stat.; — Tr. Cl. 6, 2 *fata Rom. boni principis occupatione lentata*; — *libamen*: Verg., Ou., all.; — V. Tac. 9, 5 *libamina ponere*; — *longaeuus*: Verg., Prop., all.; — C. Max. Balb. 15, 2; — *luctamen*: Verg. Aen. VIII, 89, Val. Fl. II, 234, III, 39, VI, 510; — sing. Tr. Cl. 13, 6, pl. L. Alex. 30, 4, C. Maximin. 6, 5; C. Th. XI, 30, 40; 4, 21, Pall., all.; — *Molimen:* Lucr., Hor., Ou.; Liu. II, 56; — Sp. Hadr. 19, 12; — * *mundus* q. orbis terrarum: poett.; — Tr. Gall. 4, 9 *quasi coniuratione totius m. concussis orbis partibus etiam in Siciliam . . seruile bellum exstitit*, Claud. 10, 3, Prob. ap. Vop. Pr. 11, 2 *uos* (senatores) *qui estis mundi principes*, V. Carin. 18, 4; cf. adi. mundanus C. Gord. 26, 2 (ubi terrae motus m. malum dicitur); — *munimen:* Verg., Ou.; — C. Ant. Ph. 14, 6 *quae ad Italiae munimen pertinerent*, Vict. C. 38, 2, ib. 40, 8, Pall.; — *Odoratus:* poett., Plin.; — L. Hel. 19, 5 *rosatum odoratius reddidit*; — *onerosus:* poett.; Plinii; — L. Al. 8, 5 (ex actt.) *haec nomina insignia onerosa sunt*; — *Pauperare:* Plaut., Titin., Varro, Hor.; — L. Al. 28, 6 *fures a re p. pellendos et pauperandos*; — * *poculum* q. potio: Verg. Georg. III 529; — L. Hel. 19, 5, C. Gord. 28, 6; — *Raptare*: poetici, ut plurimum, eloquii; — C. Max. Balb. 14, 5 *ambos ad castra raptare uoluerunt*

*laniatos*; — *rebellis* adi.: Verg., Ou., all. (subst. Tac.); — Sp. Hadr. 5, 2, Tr. Cl. 11, 8, V. Aur. 38, 3; subst. Tr. XXX, 26, 1; — *reclinis:* Ou., all.; Tac. bis; — V. Firm. 4, 3; — **reparari* q. reuirescere, uires recipere: Ouid.; Quint., Plin. min.; — V. Car. 3, 1 *per Augustum reparatur* (res p.); — **reserare* trnsl. q. in medium proferre: Ou., all.; — V. Car. 21, 2 *facta principum*, L. Al. 65, 3; — **reuocare* c. acc. impers.: poett., ut Sil. 'ferrum manu', Sen. trag. 'manus post terga', 'e uulnere telum'; Plin. ep. 'pecuniam'; — V. Tac. 11, 5 *hostias suas semper domum r. isdemque suos uesci iussit*, C. Pert. 8, 9; — *Romuleus*: Enn., Ouid., all.; — Tr. Gall. 19, 4 *mons*, V. Firm. 5, 4 *Quirites*; — *Sidereus*: Verg., Ouid., cett.; — L. Diad. 3, 3 *quasi sidereus et coelestis emicuit*; — *soporifer*: poett., Plin.,; — Sp. Hadr. 26 ex. *potio*; — **sternere* (hostes): poett., rar. in ped. s.; — SC ap. V. Prob. 12, 3 *Franci inuiis strati paludibus*; — **sublimis*: V. Prob. 2, 3 *Pompeium multarum rerum gestarum maiestate sublimem*, cf. Luc. X, 378; — **Temperare* q. regere, moderari: Hor., Ouid. (orbem, mare, urbes etc); — Sp. Ver. 1, 1 *stationem* (sc. imperatoriam), V. Car. 1, 2 *Probo ex sententia senatus ac populi leges et gubernacula temperante*, Tac, 2, 2 *sub iudicio senatus.. totus orbis est temperatus*; — *testudineus*: Plaut., Tib., Prop., all.; — C. Alb. 5, 6 *in t. alueis lauari*; — *trilibris:* Gall. Tr. Cl. 17, 5 *pateras, scyphos*; — Hor.; — *Velamen*: poett.; Sen., s. Tac.; — Sp. Ver. 5, 7 *u. de tiliis facto*; Vict. uir. ill. 77, 13, Eumen. pan. Const. 16, ICti; — *uicem reddere*; Ouid. ex P. II, 10, 51, al.; — C. Gord. 27, 10 *Misitheo, eminenti uiro, tu-*

*tori rei p. S. P. q. R. uicem reddit*, Claud. ap. Tr. Cl. 7, 3 *haec si uicero, uos u. reddite meritis* (cf. Ou. Am. I, 6, 23); sic Tert. resurr. carn. 8 *reddere Christo u. moriendo pro ipso*, cf. id. apol. 37 in., — et sim. uicem reposcere Mart. VIII, 38, 3, exigere Plin. min., exsoluere Tac.; — **uigil* trnsl.: Ou., Stat.; — Tr. Gall. 14, 3 (Constantius) *uigilissimus Caesar*; — *uiuax*: Hor., Ou., all., ¿ Quint.; — V. Aur. 4, 1 *a prima aetate ingenio uiuacissimus*, C. Pert. 14, 2 *carbones uiuacissimi exstincti sunt*; — *uirago*: Plaut., Enn., all.; — V. Procul. 12, 3 *huius uxor uirago*, Tr. Gall. 13, 2; — *unanimus*: Cat., Verg., all.; — Seuer. ap. C. Alb. 7, 6 *mi unanime.*

Cetera ut magis iam rhetorico praelibata stilo studiose omisi, ueluti seminex Sp. Seu. 11, 6 (Liu.), signare C. Alb. 4, 5 (Quint.). Sane ne ea quidem quae protuli, quia poetarum sunt auctoritatis, ideo quaeque poetici sunt coloris. Sed reiectis reiculis (ut puta herniosus, incuratus all.) satis tamen superfuturum puto ad demonstrandum, nostros quoque, sicuti alios „huius aeui scriptores ad poetarum stilum inclinantes modo uoces illis proprias, modo locutiones translatas et metaphoricas praeter communem loquendi consuetudinem usurpare non uereri." Ceterum poetici sunt eloquii etiam talia apud nostros obuia, ut Tr. XXX, 30 2 'imperiali sagulo *perfuso* per umeros', V. Car. 3, 3 'res p. Domitiani *uulnerata* immanitate', Car. ap. V. Car. 4, 7 'ut maioribus nostris non discrepemus uiris' (datiuo ad exemplum Horatii posito, u. F. Ritter ad Carm. II, 3, 18), sed huiusmodi omnia nos uenari supersedimus, quandoquidem non istorum exquirimus priuatim argutias, sed temporum usum loquendi attendimus. —

Adieci **laterculos** per terminationes substantiuorum et adiectiuorum, quae in quoque genere **deriuatiuorum** apud scriptores historiae Augustae inuenta enotaui*). Diuersis literis nouicia uocabula, diductis tantum alia supra in cap. III. iam enotata distinxi; sicubi in significatione aliquid nouatum deprehendi, † appinxi.

**—(s)tio:** *abligurritio*, abolitio, acclamatio[1], *accubitatio*, accubitio (? u. I, 1 ad u. accubitatio), accusatio[2], administratio[3], admiratio[4], admissio, admonitio[5], adoptatio, adulatio[6], † aduocatio[7], aemulatio[8], aestimatio[9], affectatio, affectio, allectio, *allisio*, ambitio[10], animaduersio, appellatio[11], appositio, approbatio[12], arrogatio[13], assertio, *attestatio*, *attritio*, auctio[14], *cameratio*, cauillatio[15], cautio[16], *censitio*, circuitio[17], coena-

---

*) Eorum duntaxat generum, quae aliquid noui formamenti ostendunt.

1) L. Comm. 18, 1.2, Vulc. Cass. 13, 1... — 2) C. Maxim. 10, 6.. — 3) L. Comm. 4, 7 *praefecturae*, Alex. 42, 4 *deposita*, C. Ant. Ph. 27, 9 *in a. belli obit*.., plur. L. Comm. 14, 6.. — 4) C. Gord. 21, 5. — 5) L. Hel. 14, 8. — 6) C. Ver. 11, 4.. — 7) Sp. Car. 8, 3.. — 8) Sp. Pesc. 1, 2 *in aemulationem Seueri*. — 9) L. Diad. 7, 5. — 10) Sp. Pesc. 4, 3.. — 11) C. Pert. 6, 9 *Augustae*, ..; q. provocatio V. Tac. 18, 5, ib. 19, 2, Prob. 13, 1. — 12) C. Alb. 1, 4. — 13) V. Aur. 11, 1. — 14) C. Ant. Ph. 17, 4 *a. ornamentorum imperialium fecit*, 21, 9, Gord. 24, 5, L. Comm. 8, 2, C. Ant. Ph. 9, 9 *leges de auctionibus tulit*. — 15) C. Ant. Ph. 12, 2. — 16) Sp. Geta 1, 7. — 17) C. Maximin. 3, 3 *equum admisit multis circuitionibus*. — 18) Sp. Geta 1, 5 *cum id fecisset paterna cogitatione*,

tio, cogitatio[18], cognatio[19], cognitio[20], *commanipulatio*, commotio[21], comparatio[22], compensatio[23], conceptio[24], concursio, concussio, *condemnatio*, confessio[25], coniunctio[26], conquestio[27], consecratio[28], conspiratio[29], *constellatio*, *constipatio*, constitutio[30], consultatio, contentio, continuatio[31], *coruscatio*, criminatio[32], curatio, damnatio[33], deambulatio[34], decessio, *decimatio*, declamatio, deditio[35], defectio[36], defensio[37], delatio[38], delectatio[39], deliberatio, descriptio, † desperatio[40], † detestatio, † deuotio[41], dictio[42], digestio, dilatio[43], direptio[44], disceptatio, † dispositio[45], dissolutio, diuinatio[46], diuisio, donatio, † editio, effusio, electio[47], emendatio[48], eruditio[49], euersio, euitatio, exaedificatio, *excaldatio*, excusatio, existimatio[50], expeditio[51], expositio, exprobratio[52], exsecratio[53], exustio, † factio[54], festinatio[55], fictio, † functio[56], gratulatio[57], helluatio, iactatio[58], *illatio*, imitatio[59], imminutio, inclinatio, incursio[60], *inhiatio*, inspectio, instauratio, institutio[60a], † intentio, interfectio[61], inuita-

---

C. Maxim. 17, 5 *ut obliuionem cogitationis acciperet.* — 19) C. Macr. 5, 6. — 20) L. Hel. 18, 2 *causa cognitionis* . ., C. Ant. Ph. 10, 1 *senatum multis cognitionibus iudicem dedit*, . . — 21) C. Gord. 13, 3 . . — 22) V. Aur. 29, 1 . . — 23) L. Hel. 1, 2 — 24) plur. Tr. xxx, 30, 12. — 25) V. Aur. 9, 3 . . — 26) C. Ver. 1, 3 *qui ex Antonini coniunctione Verus et Antoninus appellatus est*, . . — 27) C. Gord. 30, 2. — 28) C. Ant. Ph. 29, 8, † L. Hel. 9, 1. 2. — 29) L. Hel. 16, 5 — 30) † L. Alex. 16, 1. — 31) L. Comm. 11, 4 . . — 32) Sp. Car. 2, 8. — 33) C. Macr. 4, 3. — 34) C. Ant. P. 11, 2. — 35) V. Aur. 26, 6 . . . — 36) C. Ant. Ph. 14, 4 . . . — 37) L. Al. 1, 6 . . — 38) C. Ant. Ph. 11, 2. — 39) plur. L. Al. 32, 4. — 40) L. Al. 52, 3 . . — 41) L. Hel. 3, 5 . . — 42) Sp. Seu. 13. 1 *sine causae d.*, C. Ant. Ph. 12, 4 *iuris d.* . . — 43) Sp. Hadr. 7, 9 *sine d.* — 44) Sp. Pesc. 10, 5 *ob gallinacei d.* — 45) L. Alex. 45, 3 . . — 46) L Alex. 14, 6 . . — 47) V. Aur. 40, 3 . . — 48) C. Gord. 24, 2. — 49) Tr. Val. 8, 1 . . — 50) C. Ant. Ph. 7, 1 . . — 51) L. Alex. 45, 1 . . . — 52) C. Pert. 6, 1. — 53) Sp. Pesc. 2, 2. — 54) L. Alex. 49, 4 . . . — 55) V. Aur. 5, 4 per f., . . . — 56) C. Ant. P. 8, 4. — 57) C. Max. Balb. 12, 1 *cum summa gr. redeuntem exspectabat*, Maximin. 5, 4, Gord. 10, 1 . . — 58) Sp. Hadr. 16, 6 *eadem i. de Homero iudicavit.* — 59) L. Hel. 11 ex . . . — 60) C. Maxim. 2, 1 . . — 60a) Sp. Geta 2, 2 *cuius literarum institutionem.* — 61) C. Ant. Ph. 25, 3, L. Comm. 4,

tio[62], inundatio, irrisio[63], irruptio[64], lapidatio[65], largitio[66], laudatio, lectio[67], legatio[68], *liquatio*, mansio, mentio[69], missio, moderatio[70], mutatio[71], natio[72], *natio*, nauigatio[73], negotiatio[74], notio[75], nundinatio[76], oblectatio[77], obseruatio[78], *obtunsio*, occasio[79], occisio[80], occupatio[81], oppugnatio[82], oratio, ostentatio[83], *participatio*, † pensio[84], perceptio[85], peregrinatio[86], pollicitatio[87], possessio[88], potio, praeceptio[89], † praesumptio[90], precatio[91], prehensio, processio, procuratio[92], proditio[93], profectio[94], † professio[95], *promotio*, propugnatio[96], proscriptio[97], prouisio[98], prouocatio[99], publicatio[100], quaestio[1], ratio, relatio[2], reprehensio[3], restitutio, risio, *rumigeratio*, salutatio[4], seditio[5], septio, simulatio[6],

---

l. — 62) Sp. Hadr. 13, 9. — 63) L. Comm. 8, 9.. — 64) Tr. xxx, 5, 4. — 65) Sp. Jul. 4, 3, Pesc. 2, 2. — 66) Sp. Hadr. 5, 7.., † V. Prob. 23, 2. — 67) Tr. xxx, 4, 2 *uel unius capitis lectio demonstrat*, C. Macr. 4, 3.. — 68) C. Pert. 1, 6, ib. 9, 6 *legationes militares uendere*, .. — 69) V. Prob. 11, 1.. — 70) C. Ant. Ph. 12, 9 *tanta fuit m. ut*, 17, 1, V. Tac. 2, 3, C. Maxim. 1, 1 *adhibui m., qua in unum uolumen duos congererem;* — † L. Al. 45, 3, Tr. Cl. 14, 14; C. Ant. Ph. 12, 12. — 71) Sp. Seu. 14, 9. — 72) L. Al. 59, 3.. — 73) Sp. Pesc. 5, 5. — 74) C. Pert. 1, 1. — 75) Tr. xxx, 28, 1 *haec digna notione.* — 76) C. Pert. 7, 11. — 77) L. Al. 41, 5. — 78) C. Pert. 14, 4. — 79) Sp. Car. 4, 9.. — 80) V. Car. 15, 6. — 81) Tr. Cl. 6, 2. — 82) C. Maxim. 22, 5. — 83) C. Ant. P. 10, 5 *pietatis.* — 84) L. Al. 26, 2. — 85) C. Ant. Ph. 7, 8 *perceptioni frumentariae adscribi.* — 86) Sp. Hadr. 17, 8.. — 87) Sp. Jul. 4, 6. — 88) concr. C. Pert. 9. 8, Maxim. 4. 6, Gord. 32, 8, V. Tac. 10, 5, al. — 89) V. Cass. 3, 7. — 90) Sp. Hadr. 2, 9, ib 4, 4. — 91) Sp. Hadr. 8, 11 *Seruiano tertium consulatum sine precatione concessit.* — 92) Sp. Seu. 12, 4, Comm. ap. C. Alb. 2, 3 *ut sibi parent stationis Augustae procurationem*, cf. Gell. XVII, 5, 4; — † L. Al. 23, 6 al. — 93) C. Macr. 10, 3; † Sp. Hadr. 24, 9. — 94) C. Ant. Ph. 13, 1 *bellica*, 14, 2.. — 95) Tr. xxx, 12, 4.. — 96) C. Maximin. 21, 6. — 97) V. Tac. 9, 3 *bonorum*, Sp. Seu. 8, 3.. — 98) Tr. xxx, 18, 4 *in pr. annonaria singularis*, cf. s. 7, L. Hel. 27, 7, Ammian. — 99) V. Tac. 18, 3. — 100) C. Ant. P. 7, 3 *bonorum.* — 1) C. Pert. 6, 8, al. Sp. Hadr. 20, 2. — 2) V. Prob. 12, 8 *decerno, p. c., nomen Caesareanum, ..ius tertiae relationis*, C. Pert. 4, 6 *quartae*, Ant. Ph. 6, 6 *quintae.* — 3) C. Ant. P. 7, 5.. — 4) L. Al. 18, 2.. — 5) L. Al. 53, 3 et passim. — 6) Sp. Hadr. 25, 4.. —

sponsio[7], † statio[8], subscriptio[9], successio[10], suggestio, supplicatio[11], tentatio[12], testatio[13], transmissio[14], trepidatio[15], uacatio[16], uariatio[17], uastatio[18], uaticinatio[19], uenatio[20], uenditio[21], *uibratio*, *uicensimatio*, uituperatio[22], usurpatio[123].

—**io** a uerbo praes.: adoptio[1], colluuio[2], condicio[3], consortio[4], contagio[5], dicio[6], internecio[7], legio, obliuio[8], obsidio[9], opinio[10], rebellio, regio[11], religio[12], suspicio.

—**tus** uerbalia: accitus[1], † actus[2], aditus[3], aduentus[4], affectus, ambitus[5], *animaduersus*, apparatus[6], *aucupatus*, casus[7], circuitus[8], cognitus[9], commeatus[10], complexus[11], conatus, concursus[12], † conflictus[13], congressus[14], consensus[15],

---

7) Sp. Hadr. 4, 3 *in adoptionis sp. uenit.* — 8) Sp. Ver. 1, 1 *in hac statione* (sc. imperatoria) *quam temperas,*.. — 9) L. Al. 31, 1 *postmeridianas horas subscriptioni et lectioni epistularum semper dedit,* Sp. Jul. 9, 2.. — 10) C. Alb. 2, 2.. — 11) L. Diad. 3, 1.. — 12) V. Proc. 13, 2 *exercitus tentatio et imperii.* — 13) † C. Ant. Ph. 9, 8. — 14) C. Ant. Ph. 8, 11 *audita Veri tr.* — 15) Sp. Seu. 6, 6. — 16) C. Pert. 9, 6 *uacationes militares.* — 17) Tr. Gall. 7, 1. — 18) Sp. Seu. 7, 3.., pl. L. Al. 59, 2. — 19) Sp. Pesc. 8. 2. — 20) V. Prob. 19, 2 *uenationem in circo dedit.* — 21) C. Ant. Ph. 17, 4. — 22) C. Pert. 5, 1. — 123) Sp. Pesc. 9, 2 *imperii,* C. Max. Balb. 15, 5..

1) Sp. Ver. 3, 3.. An hoc ex 'adoptatio' correptum? — 2) C. Ant. Ph. 19, 6. — 3) L. Diad. 1, 5 *per c. fragilitatis humanae,* L. Hel 8, 6.., † L. Hel. 5, 3.. — 4) L. Al. 11, 3. — 5) L. Hel. 6, 6. — 6) L. Hel. 35, 6 *quorum omnium ius in d. tuam uenit,* C. Maxim. 12, 1.. — 7) V. Prob. 17, 6. — 8) C. Maximin. 17, 5.. 9) Tr. Gall. 4, 6. — 10) Tr. xxx, 3, 10.. — 11) L. Al. 39, 4. 5.. — 12) Sp. Jul. 3, 9 *nulla exsistente religione,* Seuer. 17, 4, L. Comm. 16, 9.., pl. L. Hel. 3, 5.

1) V. Tac. 13, 3 *accitu Aureliani.* — 2) C. Ant. Ph. 6, 5, L. Hel. 6, 3.. — 3) Sp. Geta 1, 5.. — 4) Sp. Hadr. 22, 14.. — 5) L. Al. 13, 5.., al. V. Aur. 26, 4 *belli,* C. Ver. 10, 9 *luxuriae*... — 7) L. Al. 5, 1.., Sp. Seu. 11, 2 *equi.* 8) Tr. xxx, 4, 5. — 9) Tr. Gall. 20, 5. — 10) L. Al. 21, 9.., pl. C. Maxim. 21, 3.. — 11) L. Comm. 5, 8 *consobrina patris complexibus suis iniuncta,* cf. Colum. VI, 37. — 12) V. Prob. 10, 5. — 13) Tr. Gall. 4, 2.. — 14) Sp. Seu. 17 ex. — 15) V. Aur. 17, 5... —

consessus[16], conspectus[17], conuentus[18], conuictus, crepitus, cruciatus[19], cultus[20], cursus[21], † defectus[22], delectus[23], dilectus[24], *direptus*, ductus[25], effectus[26], euentus[27], excessus, exitus[28], fetus[29], fructus[30], gemitus[31], habitus, hiatus[32], hortatus[33], iactus[34], ictus[35], impulsus[36], ingressus, iniussus[37], interitus[38], interuentus[39], introitus[40], intuitus, iussus[41], luctus, memoratus[42], missus[43], morsus[44], motus[45], natus[46], nutus[47], obiectus[48], obitus[49], obtentus, occasus[50], ornatus[51], ortus[52], ostentus[53], *participatus*, partus, pastus[54], peculatus[55], planctus[56], plausus[57], potus[58], praetextus, processus[59], procinctus[60], pugillatus[61], quaestus[62], recessus[63], reditus[64], risus[65], *rugitus*, secessus[66], sensus[66a], spiritus[67], status[68], strepitus, † sumptus[69], tactus[70], textus, tractus[71], transi-

---

16) L. Al. 20, 2 *ut consessum omnibus semper offerret*, 4, 3, C. Theod. — 17) Sp. Hadr. 21, 3 *c consp.*, Car. 4, 1 *in conspectu eius*, .. — 18) Sp. Hadr. 12, 4, Car. 2, 2, L. Hel. 4, 3 .. — 19) V. Cass. 4, 3 .. — 20) C. Ant. Ph. 17, 6, Sp. Geta 5, 2, C. Ver. 8, 6 .. — 21) L. Al. 30, 4 *cursui operam dabat*, L. Comm. 1, 4 *astrorum;* — cf. 'usurpare' III, 4. — 22) C. Macr. 8, 2. — 23) Sp. Hadr. 12, 4.. — 24) C. Maxim. 8, 7 *sine d. dignitatis.* — 25) Tr. Gall. 7, 3 .., *aquarum* Sp. Hadr. 20, 5. — 26) Sp. Car. 10, 3 *ad eff. criminis*, L. Hel. 32, 9. — 27) L. Diad. 5, 3 .., pl. V. Car. 3, 7 ... — 28) L. Hel. 1, 3 .. — 29) V. Aur. 14, 5. — 30) C. Ant. P. 7, 9. — 31) L. Al 9, 3. — 32) Tr. Gall. 5, 4 *terrae* .. — 33) L. Al. 14, 5 *parentis hortatu.* — 34) C. Maxim. 22, 6 *teli.* — 35) L. Comm. 13, 3 .. — 36) C. Ver. 7, 6 *impulsu comitum suorum.* — 37) Sp. Hadr. 4, 9 *iniussu eius.* 38) L. Comm. 7, 3 .. — 39) Sp. Car. 1, 7 *suo.* — 40) L. Hel. 14, 6. — 41) L. Al. 27, 5 *ex eius iussu.* — 42) C. Gord. 21, 3 *digna memoratus* .. — 43) C. Pert. 12, 3 .. — 44) L. Diad. 5, 6 .. — 45) V. Prob. 18, 4 *tyrannici*, ... — 46) C. Alb. 7, 1 *natu grandior*, it. C. Maximin. 14, 2 .., Sp. Geta 1, 4 *maiorem natu*, cf. V. Car. 10 *maior aetate.* — 47) L. Al. 35, 6 .. — 48) L. Hel. 14, 6 *obiectu ueli cubicularis*, Al. 51, 4. — 49) C Ant. Ph. 3, 5. — 50) L. Al. 24, 6 *solis.* — 51) L. Hel. 26, 5. — 52) Sp. Hadr. 13, 3. — 53) V. Aur. 30, 2. — 54) L. Al. 41, 7. — 55) V. Aur. 39, 5 .. — 56) L. Hel. 7, 3. — 57) Tr. Gall. 3, 7 .. — 58) C. Ant. Ph 28, 3. — 59) Tr. Gall. 17, 4; Sp. Geta 2, 4. — 60) L. Al. 51, 5 .. — 61) C. Ant. Ph. 4, 9. — 62) C. Pert. 1, 5. — 63) Tr. Gall. 17, 4. — 64) V. Aur. 48, 2. — 65) C. Macr. 11, 7 *risui habitus* .. — 66) V. Tac. 19, 5.. — 66a) V. Car. 3, 1 .. — 67) C. Ver. 8, 2 *pestilens*, .. — 68) Tr. xxx, 15, 5 ... — 69) C. Pert. 9, 2, L. Al. 44, 8 ... — 70) L. Hel. 12, 4. — 71) V. Prob. 12, 4 *Ponticus.* —

tus, uenatus[72], uersus, uestitus[73], uictus[74], usus, uultus; — denominatiua: auguratus, comitatus, consulatus, ducatus, equitatus[1], magistratus[2], pontificatus, *praesidatus*, principatus[3], proconsulatus, quindecimuiratus[4], saliatus, senatus, tribunatus.*)

—tura: † cultura[1], genitura, *impostura*, † literatura[2], mensura[3], mercatura[4], natura, pictura[5], sepultura[6], usura[7], *stellatura*; — censura[8], praefectura[9], praetura, quaestura, *praepositura* **), — conditura, † iunctura[10], † quadratura[11], scalptura, *assatura* ***).

—tor: accusator[1], adiutor[2], administrator[3], adulator[4], *adu-*

---

72) Tr. xxx, 15, 7.. — 73) L. Hel. 4, 4.. — 74) C. Maxim. 21, 2.. — 1) V. Prob. 15, 6. — 2) Tr. xxx, 8, 2.. — 3) C. Max. Balb. 17, 2, Tr. Gall. 14, 6.. 4) L. Al. 49, 2.

*) Hunc in modum plurima affigurauit posterior aetas denominatiua, ut ancillatus Arn., bisellíatus inscr., clarissimatus Amm., C. Thood., colonatus C. Th., discipulatus Tert., Cass., domesticatus Cass., dominicatus Cass., egregiatus C. Theod., flaminatus inscr., illustratus C. Just., incolatus Modestin. Dig., C. Th., inquilinatus, maioratus, minoratus, obsidatus Amm., perfectissimatus C. Theod., postumatus Tert., presbyteratus, primiceriatus C. Theod., primipilatus C. Just., primiscriniatus Cass., prio atus Tert., proximatus, pupillatus, rabulatus Mart. C., stellionatus ICti, alia. Anteriorum sunt e. c. centurionatus Val. Max., primatus, reatus Mess., Quint

1) L. Hel. 3, 5. — 2) C. Ant. P. 2, 1. — 3) L. Al. 51, 2 *inusitatae*, C. Ant. P. 2, 1, Sp. Pesc. 3, 10.. — 4) plur. C. Pert. 13, 4. — 5) Tr. xxx, 25, 4.. — 6) Sp. Hadr. 2, 1 *statura procerus*, L. Al. 4, 4 *st. militaris*,... — 7) L. Al. 26, 2.. — 8) Etiam metonym., ut C. Ant. Ph. 22, 10 al. — 9) Tr. xxx, 18, 13,.. —

**) Eadem ad exempla noue affigurata apud alios inueniuntur: allectura (i. munus allectoris) inscr., assessura Dig., correctura (i. correctoris dignitas) Vict. Caes. 35, 5, ib. 39, 11, rectura Cass.

10) C. Ver. 5, 4. — 11) V. Firm. 3, 2.

***) Alia recentioris usus ipsa quoque prorsus concretiua sunt: arcatura Cass., arquatura (i. fornix), cauatura, colatura Coel. Aur., creatura eccl., cretura Pall., factura (i. q. creatura) Prud. Apoth. 304, quassatura, praetextura Amm.

1) C. Maxim. 13, 5.. — 2) C. Pert. 2, 4. — 3) C. Maxim. 15, 4 *administratores Maximini*, — Cic. s., Dig. — 4) L. Comm. 11, 8.. —

*latrix*, affectator, aleator[5], amator[6], *ambitor*, apparitor[7], *appetitor*, assertor, assessor, auctor, balneator[8], calumniator[9], *campidoctor*, cantor[10], *circumuentor*, collusor, commendator, competitor[11], conciliator, conditor[12], confector, coniector[13], conseruatrix[14], contaminator, contemplator, contemptor[15], † corrector[16], corruptor[17], cultor[18], cunctator[19], † curator[20], cursor[21], debitor[22], decessor[23], declamator[24], decoctor[25], defensor[26], delator, depulsor[27], desertor[28], disceptatrix[29], dispensator[30], doctor[31], ductor[32], † editor, educator, emptor[33], exactor[34], fabricator[35], fautor[36], fenerator[37], gladiator, habitator[38], hortator[39], imitator, imperator, insidiator[40], *institutor*, interemptor, interfector[41], † interuentor[42], *intimator*, irrisor[43], lector[44], liberator[45], † literator[46], mercator[47], meretrix[48], *necator*, negotiator[49], numenclator[50], *nutritor*, nutrix[51],

---

5) Sp. Jul. 9, 1. — 6) C. Alb. 11, 7, *historiarum* V. Firm. 2, 1. — 7) L. Al. 52, 4. — 8) L. Al. 42, 2.. — 9) Sp. Seu. 4, 3. — 10) V. Car. 16, 7. — 11) Sp. Seu. 3, 3. — 12) V. Car. 2. 2. — 13) L. Al. 13, 7. — 14) Tr. xxx, 30, 16. — 15) V Cass. 3, 4.. — 16) V. Aur. 39, 1 *Lucaniae*, Tr. xxx, 24, 5 *totius Italiae*; — Eutr., ICti, inscrr., cf. Böcking ad Not. Occ. Imp. c. 43. — 17) V. Car. 16, 1 *frequens c. iuuentutis*. — 18) V. Prob. 15, 6.. — 19) adi. Sp. Hadr. 14, 11. — 20) Tr. xxx, 22, 3 (Alexandriae), L. Al. 33, 1 *fecit curatores urbis XIV* (Amm.), — *regionum ac uiarum* C. Ant. Ph. 11, 9, prouinciarum: Tr. Cl. 15, 4 *Illyrici*; i. q. procurator C. Ant. P. 9, 8. — 21) V. Aur. 49, 7.. — 22) L. Al. 46, 3. — 23) Sp. Pesc. 4, 1 *tuus*. — 24) Tr. xxx, 4, 2. — 25) Sp. Hadr. 17, 9 *bonorum suorum*. — 26) L Al. 33, 2.. — 27) C. Gord. 34, 3. — 28) V. Cass. 4, 5, L. Comm. 16, 2.. — 29) L. Comm. 5, 4. — 30) L. Al. 32, 4 *publicus*. — 31) Sp. Hadr. 16, 11, L. Al. 3, 3. — 32) S. C. ap. V. Prob. 11, 6 *bonus d.*, *bonus imperator*. — 33) C. Ant. Ph. 17, 5. — 34) L. Al. 40, 6. — 35) C. Max. Balb. 5, 1. — 36) C. Gord 8, 6. — 37) L. Al. 26, 2. — 38) Tr. Gall. 5, 3. — 39) Tr. xxx, 2, 2. — 40) Sp. Hadr. 23, 10, Seu. 15, 4. — 41) V. Prob. 13, 2.. — 42) L. Comm. 4, 7. — 43) L. Al. 66, 2. — 44) L. Hel. 1, 2, Sp. Hadr. 26, 4.. — 45) V. Aur. 9, 4. — 46) L. Al. 3, 2.. — 47) L. Al. 49, 1 *potestatum*. — 48) V. Car. 16, 7.. — 49) L. Al. 22, 1.. — 50) Sp. Hadr. 20, 9. — 51) C. Alb. 5, 9.. —

obstetrix[52], opsonator[53], orator, pastor[54], percussor[55], *persecutor*, piscator[56], pistor[57], possessor[58], potator[59], praeceptor[60], praecursor[61], praestigiator[62], procurator, proditor[63], professor, propugnator[64], *protector*, pugnator, quadruplator, receptor[65], rector[66], restitutor[67], retractator[68], saltator[69], salutator[70], scriptor[71], secutor, senator, simulator[72], spectator, speculator[73], stator[74], stipator[75], *strangulator*, *strator*, structor, suasor[76], *subactor*, *subornator*, successor, suffragator, tonsor, tutor, uenator[77], uenditor[78], uersificator, *uestitor*, uictor, uictrix[79], ultor[80].

— **tas:** aedilitas, † aequalitas[1], aequanimitas[2], aequitas[3], aestas, aetas, aeternitas[4], affinitas[5], ambiguitas[6], antiquitas[7], asperitas[8], atrocitas[9], auctoritas, austeritas[10], benignitas[11], bonitas[12], breuitas[13], calliditas[14], captiuitas, caritas[15], castitas[16], celebritas[17], celeritas[18], ciuilitas, ciuitas,

---

52) L. Diad. 4, 2. — 53) Sp. Hadr. 17, 4. — 54) C. Maxim. 2, 1. — 55) Sp. Car. 3, 7, L. Hel. 13, 4.. — 56) C. Ant. P. 7, 5. — 57) Sp. Pesc. 10, 4.. — 58) Tr. xxx, 18, 6. — 59) V. Firm. 4, 5. — 60) C. Gord. 18, 2.. — 61) Sp. Jul. 8, 1. — 62) C. Ver. 8, 11; — Plaut.; App., Arn. — 63) C. Maximin. 11, 5, V. Aur. 23, 2, 4. — 64) Tr. Cl. 5, 5. — 65) Aur. ap. V. Aur. 26, 7 *r. orientis*, Eutr. — 66) Sp. Seu. 20, 2 *rectores rei p. Romanae*,.. — 67) Valer. ap. V. Aur. 9, 4 *ille Galliarum r.* — 68) Sp. Geta 4, 1, sed l. inc., Eyssenhdt *iactator*. — 69) L. Hel. 12, 1. — 70) C. Ant. P. 13, 2. — 71) Tr. xxx, 6, 8... — 72) Sp. Hadr. 14, 11. — 73) Sp. Pesc. 10, 6. — 74) V. Cass. 9, 7 *Veri statores*. — 75) C. Alb. 8, 1 *fidelissimi*, Gord. 14, 7 *meus*, L. Al. 54, 6.. — 76) Sp. Car. 3, 4. — 77) L. Al. 37, 1.. — 78) Tr. Gall. 12, 5. — 79) Tr. Gall. 7, 1. — 80) Sp. Seu. 5, 4..

1) Tr. xxx, 26, 5. — 2) C. Ant. Ph. 7, 3. — 3) C. Ant. Ph. 24, 2.. — 4) Sp. Ver. 2, 5, V. Prob. 24, 3. — 5) C. Ant. Ph. 2, 7, † V. Prob. 3, 1. — 6) Tr. Gall. 19, 2. — 7) C. Ant. Ph. 18 ex. *quae de sacratis decreuit antiquitas*, V. Tac. 19, 6.. — 8) V. Aur. 21, 5 *seditionum*,.. — 9) V. Car. 15, 6. — 10) L. Al. 25, 2. — 11) C. Ant. Ph. 16, 1.. — 12) L. Diad. 7, 4.., Aur. ap. V. Aur. 14, 3 *ago gratias bonitati tuae*. — 13) Tr. Cl. 12, 5.. — 14) C. Gord. 31, 7.. — 15) L. Diad. 9, 4. — 16) L. Al. 10, 6.. — 17) C. Alb. 5, 8; — Sp. Car. 9, 11 *nisi forte addidit celebritati* (i. e. celebrandis sacris Isidis), *non eam primus inuexit*. — 18) Tr. xxx, 10, 11. —

claritas[19], comitas[20], credulitas[21], crudelitas[22], cupiditas[23], curiositas, debilitas[24], densitas, difficultas[25], dignitas[26], diuersitas[27], diuinitas[28], ebrietas[29], egestas, enormitas, facilitas[30], facultas[31], familiaritas[32], fecunditas, felicitas, feracitas[33], † festiuitas[34], † fidelitas[35], foeditas[36], fragilitas, grauitas[37], hereditas[38], humanitas[39], humilitas[40], ignobilitas[41], immanitas[42], immunitas[43], improbitas[44], impunitas[45], impuritas, infelicitas[46], integritas[47], iucunditas[48], largitas[49], lenitas[50], liberalitas, libertas[51], longinquitas[52], magnanimitas, † maiestas[53], maturitas[54], mediocritas[55], mendicitas[56], mortalitas[57], necessitas, nimietas, nobilitas[58],

---

19) C. Gord, 19, 5.. — 20) C. Ant. Ph. 4, 10. — 21) L. Hel. 3, 3. — 22) Sp. Geta 4, 4.. †Sp. Car. 3, 3, V. Cass. 2, 2, pl. C. Macr. 12, 3. — 23) Tr. Cl. 6, 2.. — 24) C. Gord. 14, 2. — 25) V. Car. 20, 5.. — 26) Tr. Gall. 14, 11, et sexcenties. — 27) C. Ver. 9, 1, plur. L Comm. 14, 5. — 28) V. Prob. 23, 5. — 29) L. Al. 30, 3.. — 30) Tr. xxx, 32, 7.. — 31) Sp. Hadr. 20, 6 *fuit memoriae ingentis, facultatis immensae*, V. Prob. 1, 6, †Tr. xxx, 30, 23 *si f. locorum pateretur*,.. — 32) Sp. Hadr. 3, 11, L. Diad. 8, 4.. — 33) V. Aur. 44, 2, *mentis L.* Al. 62, 1. — 34) L. Al. 63, 4.. — 35) Tr. xxx, 11, 6 *historica*. — 36) V. Car. 16, 2. — 37) L. Al 1, 5.. — 38) C. Ant. P. 1, 9... — 39) Sp. Hadr. 10, 8, ib. 20, 1.. — 40) C. Maximin. 8, 9.. — 41) C. Macr. 5, 5.. — 42) C. Gord. 10, 5.., pl. C. Macr. 12, 3. — 43) L. Al. 22, 1. — 44) L. Hel. 18, 1.. — 45) V. Aur. 25, 1 *proposita omnibus impunitate*, 26, 8 *imp. uitae proposita*. — 46) V. Aur. 41, 7. — 47) V. Car. 6, 9 *talis integritatem remunerari uiri*. — 48) Tr. Gall. 20, 2. — 49) Sp. Car. 1, 4 *non tenax in largitate*. — 50) C. Max. Balb. 2, 7.. — 51) C. Max. Balb. 17, 4.. — 52) V. Car. 3. 6 *imperii*. — 53) Sp. Hadr. 8, 1 *optumos quosque de senatu in contubernium imperatoriae maiestatis adsciuit*, Sp. Ver. 2, 2 *Augustae maiestatis heredes*.. (cf. Eum. paneg. V, 19, 1 *obuius sese maiestati tuae triumphus effudit*), sed etiam de senatu V. Prob. 11, 3 *m. uestra*, et de toto imperio C. Maxim. 14, 1 *dum nos a Germania Romanam defendimus maiestatem;* est enim omnino et i. magnitudo, ut V. Prob. 2, 3 *Pompeium multarum rerum gestarum maiestate sublimem*.., et i. dignitas: Tr. Gall. 14, 11 *constat de genere Valeriani, non satis tamen constat de dignitate, uel, ut coeperunt alii loqui, de maiestate;* sic xxx, 21, 3 SC. *de Pisone factum ad noscendam eius maiestatem inserui*, al. — 54) L. Al. 37, 4. — 55) C. Max. Balb. 17, 7 *mea*; cf. Tert. poen. 6 *quidquid m. nostra conata est*, Valer. Max. praef. *mea paruitas*, Fulg. Myth. III prol., exempla Symmachi ap. Wannofski Metonymiae ratio e scriptt. lat. explicata, Posen 1860, p. 4. — 56) L. Hel. 24, 4.. — 57) V. Car. 1, 2 *omnia quae patitur in homine uno mortalitas*, 2, 6. — 58) Tr. xxx, 8, 9..., coll. C. Maxim. 8, 9. —

nouitas[59], obscuritas[60], † operositas, opportunitas[61], paupertas[62], pietas[62a], posteritas[63], potestas, probitas[64], procacitas[65], proceritas[66], pubertas[67], *puritas*, qualitas, raritas[68], rusticitas, sanctitas[69], sanitas[70], securitas[71], sedulitas[72], serenitas[73], seueritas[74], simplicitas[75], simultas[76], sinceritas[77], societas, sollemnitas, temeritas[78], tempestas[79], tenuitas[80], timiditas[81], tranquillitas, uanitas[82], uarietas[83], † uastitas[84], uenustas[85], ueritas[86], uetustas[87], uicinitas[88], uilitas[89], uoluntas, uoluptas, † urbanitas[90], *uulgaritas.*

**—tudo:** † aegritudo[1], altitudo[2], amaritudo[3], claritudo[4], consuetudo, dulcitudo, fortitudo, habitudo, *insuetudo*, longitudo, magnitudo[5], multitudo, necessitudo[6], pulchritudo, sanctitudo, similitudo, sollicitudo, turpitudo, ualetudo.

---

59) Sp. Seu. 17, 4. — 60) Tr. xxx, 1, 2. — 61) C. Pert. 8, 6. — 62) L. Al. 18, 4. — 62a) Vulc. Cass. 12, 3..; in allocutione ad imperatorem: *pietas tua* L. Hel. 34, 5, Alex. 65, 3, 4, C. Maximin. 1, 2; cf. infra ad u. 'serenitas' et 'clementia'. — 63) Sp. Seu. 20, 5. — 64) C. Ant. Ph. 6, 10.. — 65) Tr. xxx, 24, 2. — 66) C. Maximin. 27, 2. — 67) C. Max. Balb. 5, 2. — 68) L. Hel. 29, 6 (serica uestis) *tunc et in raritate uidebatur et in honore.* — 69) C. Ant. Ph. 15, 3.. — 70) C. Ant. Ph. 28, 2. — 71) Tr. xxx, 3, 6.. — 72) V. Aur. 1, 7. — 73) C. Macr. 15, 9 *quae serenitati tuae, Auguste, detulimus*, Veg. r. m. III, 26, al., Cod. Just., inscr. — 74) L. Al. 52, 3 et centies. — 75) C. Ver. 3, 7 *simplicitatem ingenii*, L. Al. 34, 8. — 76) C. Ver. 9, 1. — 77) Val. ad praef. urbi ap. V. Aur. 9, 6 *sinceritas tua, mi parens carissime, supra dicto uiro adficiet* etc., Cod. Theod. — 78) C. Maxim 12, 3.. — 79) C. Gord. 16, 2.. — 80) C. Max. Balb. 16, 2; V. Car. 20, 5. — 81) V. Car 9, 2 *t. calcanda uirtutibus.* — 82) Tr. Gall. 11, 3. — 83) V. Car. 2, 1.. — 84) C. Maxim. 3, 6. — 85) L. Diad. 3, 3.. — 86) L. Hel. 15, 1, Tr. Gall. 8, 3.. — 87) Sp. Seu. 3, 7 plur. — 88) Sp. Hadr. 18, 11. — 89) L. Comm. 14, 3 *uilitatem proposuit* (annonae), Al. 22, 7 al., V. Aur. 4, 3, C. Macr. 14, 1. — 90) V. Prob. 16, 5, cf. Minuc. Fel. Oct. 16, 2, et infra ad u. urbanus.

1) V. Car. 8, 7, ib. 12, 1, Vulc. Cass. 10, 7.. — 2) C. Maximin. 12, 6 *paludium.* — 3) L. Al. 20, 2 *sine a. pectoris.* — 4) V. Prob. 24, 2. — 5) L. Al. 13, 5 *stella primae magnitudinis.* — 6) L. Al. 67, 3.

—**ntia** *): abstinentia[1], abundantia[2], adulescentia, arrogantia[3], confidentia[4], conscientia[5], constantia[6], continentia[7], diligentia, eloquentia[8], iactantia[9], ignorantia[10], impudentia[11], indulgentia[12], infantia[13], innocentia[14], insolentia, licentia[15], neglegentia[16], patientia[17], poenitentia[18], potentia[19], praesentia, prouidentia[19a], prudentia[20], †reuerentia[21], sapientia, scientia[22], sententia, tolerantia[23], *coniuentia;* — amentia, dementia, clementia[24], opu-

*) Vniuersorum in —ia abstractiuorum haec —nt-ia finita (quae a participiis pleraque inclinata esse apparet) duas circiter partes, quantum equidem dinumerando inuenire potui, conficere uidentur. Quorum copias quantopere posterior adauxerit aetas, exemplorum infra scriptorum largitas, quam postantoniniani suppeditauere scriptores, declarabit: aequiparantia Tert., aequisonantia Boeth., aientia Mart. C., allubentia App., apparentia Tert., carentia Boeth. (tristitiae), cernentia Mart. C., colligentia Cass., Boeth., compatientia Th. Prisc., compugnantia Gennad., concinentia, concupiscentia Tert., Hier., all., confluentia Macr., conspicientia Cass., conualescentia, deficientia, delinquentia Tert., dignoscentia, discentia Tert., dissonantia, erubescentia Tert., exigentia Ps. Cass., exsultantia, extollentia, fluentia, festinantia C. Th., horrentia Tert., ignoscentia, incongruentia, inexperientia, inobsequentia, insufficientia, irascentia, iuuantia, nescientia, nocentia, nolentia, noscentia Symm., parientia, paruipendentia Boeth., peccantia, perferentia, placentia App., praecedentia, praecellentia, praeeminentia, praepotentia, praescientia, praeualentia, praeuidentia, priuantia Boeth., Isid, refrigescentia, refulgentia, reminiscentia, renidentia, resipiscentia Lact., resistentia, resplendentia, suaueolentia, subsistentia Boeth., Cass., all., sufferentia, sufficientia Tert., Sid., supereminentia Aug., transcendentia Grom., tumentia C. Aur., uolentia, urgentia Jul. Val.

1) Sp. Seu. 4, 1. — 2) C. Max. Balb. 7, 4. — 3) C. Ant. Ph. 29, 7. — 4) Tr. Val. 6, 9. — 5) C. Maxim. 9, 1.. — 6) C. Gord. 11, 7.. — 7) C. Pert. 8, 10. — 8) Alex. ap. L. Al. 56, 2 *longae eloquentiae opus non est,*.. — 9) C. Ant. P. 2, 1 *sine i.,* L. Al. 63, 5 *ad i. sui.* — 10) C. Gord. 23, 7.. — 11) L. Comm. 13, 4.. — 12) L. Al. 19, 2, Tr. xxx, 16, 2.. — 13) C. Ant. Ph. 2, 1. — 14) L. Hel. 10, 4.. — 15) C. Maxim. 2, 5.. — 16) L. Comm. 14, 1. — 17) C. Ant. Ph. 29, 3.. — 18) C. Ver. 7, 3.. — 19) Sp. Hadr. 9, 3. — 19*a*) Tr. Cl. 1, 3. — 20) C. Maxim. 20, 4.. — 21) Sp. Car. 4, 2... — 22) C. Gord. 21, 4.. — 23) Sp. Hadr. 10, 2.. — 24) Nota alloquendi formulam, qua imperatores utuntur ad senatum, '*uestra clementia*': L. Alex. 9, 1 ex actt. urb., or. Macr. ap. C. Macr. 6, 2, or. Probi V. Prob. 11, 2, ep st. eiusd. ib. 15, 4. Eodem modo imperatorem alloquitur Lampr. '*clementia tua*' Hel. 34, 4 et 35, 3 itemque alii; Spartianus adeo 'numen tuum' Ver. Caes. 1, 1 *cognitioni numinis tui sternere.* Cf. superius annotata ad uu. maiestas, serenitas, sinceritas, et de omni huiuscemodi circumscriptionum honorificentia increbrescente apud posteriores Funcc. De ueg. senect. ling. lat. p. 1200. —

lentia, pestilentia, uinolentia[25], beniuolentia, maliuolentia[26], *honorificentia.*

—**or:** abstr.: amor, ardor[1], calor[2], candor[3], color, cruor, decor[4], dolor, error[5], fauor[6], foetor[7], fulgor, furor, houor, labor[8], languor, liuor[9], moeror[10], nidor[11], nitor[12], odor[13], pauor[14], pudor, rigor[15], rubor[16], † rumor, splendor[17], stupor[18], sudor, terror, timor, tumor[19], uigor[20], *uiror* (cf. I, 1 s. u.).

—**men,** —**mentum:** acumen[1], agmen[2], agnomen[2a], carmen, certamen, cognomen, crimen, culmen[3], discrimen[4], examen[5], flumen, fulmen, legumen[6], libamen, limen[6a], *linteamen,* liquamen, luctamen, lumen, molimen, munimen, nomen, numen, omen, praenomen[6b], regimen[7], semen[8], specimen[9], subtegmen[10], sumen[11], uelamen, uolumeu[12]; — additamentum[13], alimentum[14], argumentum[15], blandimentum[16],

25) C. Alb. 11, 5. — 26) C. Pert 3, 7.

1) L. Al. 14, 6.. — 2) Tr. xxx, 15, 7. — 3) C. Alb. 13, 1.. — 4) L. Diad. 3, 2.. — 5) L. Hel. 34, 6.. — 6) L. Al. 2, 4.. — 7) C. Alb. 9, 7, V. Car. 12, 2. — 8) L. Al. 48, 4.. — 9) L. Hel. 35, 3, Al. 38 ex. transl. — 10) C. Maxim. 32, 2. — 11) L. Comm. 1, 9. — 12) V. Tac. 11, 4 *marmorum cupidus, nitoris senatorii,..* — 13) L. Hel. 29, 8.. — 14) L. Hel. 21, 1. — 15) L. Al. 40, 11, — Val. ap. V. Aur. 9, 2 *r. publicus.* — 16) L. Hel. 11, 3. — 17) Tr. xxx, 13, 1.. — 18) C. Maxim. 33, 4.. — 19) Tr. Cl. 6, 6. — 20) V. Car. 18, 2 *mentis,..*

1) Tr. Gall. 12, 2. — 2) Sp. Jul. 6, 1, C. Maximin. 21, 1. — 2*a*) C. Ver. 3, 5. — 3) C. Ant. P. 9, 4. — 4) L. Hel. 6, 1, al. Maximin. 22, 5,.. — 5) C. Ant. P. 3, 5. — 6) Sp. Jul. 3, 9.. — 6*a*) Sp. Seu. 22, 7 (cf. Liment —inus). — 6*b*) L. Diad. 6, 3.. — 7) C. Ant. Ph. 7, 5 *r. publicum capere,* Pert. 2, 10 *Moesiae utriusque, mox Daciae regimen accepit..* — 8) L. Hel. 2, 2. — 9) V. Car. 4, 6. — 10) C. Pert. 8, 2. — 11) L. Hel. 21, 3.. — 12) Tr. xxx, 31, 6, 7, 8.. Inserere his *abdomen* (Tr. Gall. 16, 1) et *bitumen* (V. Firm. 3, 2) non ausim. — 13) Aur. ap. V. Aur. 47, 2. — 14) C. Ant. Ph. 11, 2.. — 15) L. Hel. 1, 5 *Antonini sibi nomen asciuerat in argumentum generis,* — C. Ant. P. 11, 8 *etiam hoc ciuilitatis eius praecipuum a. est quod..* — 16) Sp. Geta 7, 4 *ut eius magis blandimentum timeretur quam iracundia,* quod uocabulum oppositum indicare uidetur, etiam 'blandimentum' actualiter dictum esse pro 'blandiloquentia, blanditiae'. Nimirum cum inclinamenti huiusce (men, mentum) ea proprie sit uis, ut rem significet aut eam, qua uel cuius ope actus, quem primitiuum demonstrat, peragatur

calceamentum[17], cognomentum[18], dehonestamentum[19], delenimentum[20], detrimentum[21], documentum, elementum[22], emolumentum[23], figmentum, ferramentum[24], frumentum[25], incrementum[26], indumentum, instrumentum[27], machinamentum, medicamentum[28], momentum[29], monumentum[30], ornamentum, pulpamentum[31], ramenta, orum[32], sacramentum[33], testamentum[34], tormentum[35], uelamentum[36], uestimentum[37*]).

---

legimen s. lenimentum = id quod uel id quo quis lenit, atque ita adiumentum etc.), aut eam, quae actu efficiatur uel confiat (segmen s. segmentum = id quod desecatur, atque ita farcimen, ramentum, additamentum, eiectamentum, alia), — idem tamen nonnunquam, recentiorum maxime abusione, ad ipsius actus delapsum est significationem. Idem usu uenisse et in 'regimen' (quod proprie est = gubernaculum) uerbis supra ascriptis claret (exemplo quidem ueterum), et L. Al. 30, 4 al., ubi luctamen est pro 'luctatio'. Cf. dolamen App. Flor. 1 = dolatus, cunctamen C. Theod. XII, 1, 23 = cunctatio, mora, fricamentum C. Aur. II, 6 = fricatio, impedimentum mentis ib. III, 5, 56 = impeditio, alienatio, h. g. all. — 17) V. Aur. 7, 6, C. Maxim. 28, 8.., pl. Maxim. 6, 3.. — 18) Sp. Hadr. 1, 2.., Hadr. 24, 4, Jul. 7, 2; cf. Nipperd. ad Tac. Ann I, 31 ex. — 19) Tr. Cl. 5, 4. — 20) L. Comm. 8, 6. — 21) Tr. Gall. 6, 7.. — 22) Tr. Gall. 6, 5.. — 23) V. Aur. 35, 3. — 24) L. Alex. 40, 2 *ferramenta rustica.* — 25) Tr. Cl. 14, 3.., plur. C. Alb. 12, 7.. — 26) V. Prob. 4, 5.. — 27) Tr. xxx, 22, 3, — L. Hel. 28, 6 *instrumenta luxuriae.* — 28) V. Firm. 3, 2 *bitumine aliisque medicamentis.* — 29) Hadr. ap. V. Sat. 8, 1 *ad omnia famae momenta uolitantem.* — 30) V. Prob. 12, 6.. — 31) V. Car. 13, 5, ib. 15, 3. — 32) C. Ver. 10, 7, L. Comm. 17, 3. — 33) L. Hel. 14, 8. — 34) Sp. Hadr. 24, 11.. — 35) C. Alb. 8, 3, V. Aur. 26, 4. — 36) L. Hel. 11, 3. — 37) Sp. Car. 9, 7..

*) De terminatione q. e. men uel mentum (propriatim enim parum haec differunt) nuper egit Corssen krit. Nachträge z. lat. Formenlehre p. 124—30. Operae tamen pretium fuerit meis e collectaneis (quanquam ipsis quoque multum abest ut cuncta complexis) supplementa quaedam attulisse exemplorum, quibus quatenus uel firmentur uel sarciantur disputata ab illo docti lectoris acumen non fugerit. Itaque primum productis apud illum quinquaginta circiter bigis formarum, quas eadem fere significantia et in —men et in —mentum expresserat lingua, superinducere possum 37 alias. Ex his —nam omnes enumerare supersedeo — *a)* nouem formas in —men habent antiquioris quam alteras auctoritatis, poeticae quidem plerasque (id quod alias quoque frequentatum inuenimus, ut e gemellis formis breuior, h. e. men finita, poetis magis esset familiaris): decoramen Sil., decoramentum Tert., — lenimen, lenimentum, — lustramen Val. Flacc., lustramentum Dig., — moderamen, moderamentum, — respiramen Ouid., respiramentum Augustin., — tutamen Verg. (Arn.), tutamentum App.; — aequamen, aequamentum, — agnomen, agnomentum App., — placamen Liu., placamentum Plin., Tac.; — *b)* septem aliae formas in

—o, onis masc.: balatro, capo[1], carbo[2], centurio, *com-*

---

—mentum, ut uidetur, antiquiores: aeramentum, aeramen, — calceamentum, calceamen Plin., — cognomentum, cognomen, — cruciamentum, cruciamen Prud., — machinamentum, machinamen Cassiod., — odoramentum Col, Plin., odoramen Mart. C., — testamentum, testamen Tert.; — *c*) undecim aliae formas eadem propemodum utrasque aetate linguae, idque recentiore, et primum emergentes et pariter usitatas: cogitamen Tert., cogitamentum Vulg., gl., — cunctamentum Mart. C., cunctamen Paul. Nol., — inspiramen C. Aur., inspiramentum Cass., — iuuamen Cod., adiuuamen Cypr., iuuamentum Veg. uet., — linimen, linimentum, — modulamen, modulamentum, — obiectamen, obiectamentum, — palpamentum Amm., palpamen Prud., — polimen App., Arn., polimentum Arn., — solidamentum Lact., solidamen Ven. Fort., — sputamen, sputamentum. Quodsi omnes quotquot adhuc cognitas habeo huiusmodi syzygias perlustro, altero tanto maiorem inuenio esse numerum earum, in quibus —men finita forma aetate alteram uidetur antecedere, — usu tamen in plerisque omnibus praeualere formam in —mentum. Verumenimuero gemellis hisce et in —men et in —mentum uariantibus formis aliquanto plures opponi possunt singulares aut in —men aut in —mentum. Singulares in —men adhuc numeraui 103, in —mentum 130. Quo ex numero eas tantummodo apposui, quas adinueni recentioris, quantum sciri potest, ficturae, hoc est innotescentes per postantoninianos fere scriptores: afflamen Iuuenc., amicimen App., aspectamen Cl. Mamert., aspiramen Cass. (praeeunte Val Fl.), catillamen Arn., cauamen Solin., consolamen Hier., contamen, coruscamen App., Fulg., creamen Prud., dolamen App., ebriamen Tert., fidamen Tert., formidamen App., generamen, genimen Tert., grauamen C. Theod., Cass., gubernamen Ambr., inflamen Fulg. M., lignamen inscr., litamen, manamen Aus., nodamen Paul. Nol., nouamen Tert., nullificamen Tert., ostentamen Cypr, peccamen Prud., perflamen Prud., pinguamen Cypr., precamen Anth. lat., putramen Cypr, rasamen Marc. Emp., refluamen Ven. Fort., releuamen Prisc. perieg., religamen Prud., ructamen Prud., saturamen Paul. N, sinuamen Prud., speculamen Prud., sulcamen App., susurramen App., Mart. C., terebramen Fulg. M., uegetamen Prud, uitulamen Ambr., Aug., ululamen Prud.; — abagmentum, abominamentum Tert., Aug., Oros., adiuramentum, aemulamentum Tert., allenimentum Amm., apparamentum, aspernamentum, assumentum Vulg., auocamentum Plin. min., postt., bracteamentum, caldamentum, compulsamentum Fulg., confricamentum C. Aur., corroboramentum Lact., desputamentum Fulg., deuotamentum Tert., dissimulamentum App., excusamentum Mart. C., exercitamentum App., exsecramentum Tert., Vulg., factitamentum Tert., februamentum Censorin., frequentamentum Gell., fricamentum C. Aur., illigamentum Saluian., illinimentum C. Aur., inchoamentum Mart. C, inquinamentum Gell., all., interpolamentum Cl. Mam., interrogamentum gl., laniamentum Aug, largimentum Fulg. M., lenocinamentum, loramentum Just., moramentum App., nocumentum C. Aur., obligamentum Tert., probamentum C. Theod., protrimentum App., reuimentum Fronto, scitamentum Gell., App., superamentum Dig., supplicamentum App., terriculamentum App., titillamentum Fulg. Apparet hinc, quam ferax fuerit nouae uerborum prolis posteriore etiam linguae latinae aetate utrumque inclinamentum, non modo —mentum, sed, quod male negauit uir doctus, etiam —men.

1) Tr. Gall. 12, 5. — 2) L. Hel. 31, 4. —

*manipulo*, commilito[3], cucullio pr., curio[4], *damalio*, decurio[5], draco[6], fullo[7], histrio, latro, leno, *linifio*, linteo pr., mango[8], *melo*, morio, mucro[9], mulio[10], *papilio*, pauo[11], pellio pr., *pipio*, praeco, praedo[12], scipio, septentrio, *singilio*, spado[13], *strutio*, *tabellio*, tiro[14], trico pr., unio[15], uolo pr.[16*]).

—**go**, inis: imago[1], origo[2], propago[3], uertigo[4]; — ferrugo[5], uirago[6], uirgo, *carrago*[7].

---

3) C. Maximin. 3, 6.. — 4) L. Alex. 22, 7.. — 5) C. Gord. 7, 4. — 6) Tr. Gall. 8, 6.. — 7) L. Al. 41, 3.. — 8) C. Macr. 11, 6. — 9) L. Comm. 5, 5. — 10) L. Al. 42, 4.. — 11) L. Hel 20, 6.., pauus Sp. Geta 5, 8. — 12) Sp. Seu. 19, 6. — 13) C. Gord. 23, 7.. — 14) L. Al. 59, 7, C. Maxim. 5, 5, Tr. Cl. 16, 2. — 15) L. Al. 51, 2.. — 16) C. Ant. Ph. 21, 6.

*) Hoc genus cum in sermone uulgari ac plebeio usquequaque constet uiguisse atque adhuc uigere, magis tamen antiquioris uidetur esse linguae, posteriorum eloquio literario minus fere celebrari. Emergunt profecto huius quoque generis nonnulla serius demum in literas, sintque in his et ficturae quaedam recentioris. Verumenimuero ut iam nobis pro recentioribus sint non postantoniniani, sed quicunque inde a Domitiani seculo fuere scriptores, in partem uocatis Petronio, Martiale, — ex tanta tamen librorum mole uix plus tertiam partem erueris eius numeri, quem huiusmodi uocabulorum antiquioribus et magna ex parte antiquissimis acceptum referimus auctoribus. Quae tamen inueni recentioris (eo quo dixi modo) auctoritatis, ea apposui, — quorum apparebit partem haud exiguam efficere illa quae per nostros innotescere uidimus primos, praesertim si ea quoque annumeres, quae prisca et diu delitescentia denuo apud eos comparent, cucullio, linteo, pellio, trico. Apud alios igitur reperta enotaui ut nouicia haec: accendo Tert., anteambulo Suet., Mart., ardelio Phaedr., Mart., assedo Non. p. 44, bibo, blatero, buccino, burdo Dig., Vulg., caballio, calculo, cilio, circumcellio C. Theod., coarmio inscr., commisero, cutio, fabulo Macr., gl. Isid., furo gl., graeculio Petr., gubernio Isid. (gubernius Laber.), gulo App., Macr., lanio Petr., Dig. (uett. lanius), literio Amm., lucrio, machio Is. (gall. maçon), mallo, mento Arn. (sed Mento uett.), millio, nugo App., pabo gl., paedico Mart., piso Marc. Emp. (sed Piso), porcellio C. Aur, runco Pall, rupico App., susurro Sidon., Aug., Vulg., tabernio, udo, uispellio Dig., uitupero, uulpio App.

1) Sp. Hadr. 6, 3.. — 2) Sp. Hadr. 1, 1.., pl. C. Ant. Ph. 9, 8. — 3) L. Al. 38, 4. Ad propag-o cf. indago, suffrago Col., Plin. — 4) C. Pert. 8, 6, L. Hel. 24, 5, — utrubique proprie, de actu uertendi, ut Pers. V, 76 al. — 5) C. Maximin. 30, 3. Cf. aerugo, robigo, — plumbago Plin. — 6) Tr. Gall. 13, 3, V. Proc. 12, 3. — 7) Cf. ad hoc sartago Pers. (sartus a sarriendo, cl. farrago), — ferulago C. Aur., plantago Plin., plumbago.

— **ela:** querela[1], tutela[2], *parentela*[3].

*Adiectiva:* in —**inus** (exceptis eis quae a nominibus propriis deriuata sunt): marinus[1], palatinus[2], uicinus[3], *uterinus*; — caprinus[4], consobrinus (con-soror-inus)[5], equinus[6], gallina[7], leoninus[8], leporinus[9], palumbinus, porcinus[10], pullinus, regina[11], *ueruecinus*; — diuinus, libertinus[12], matutinus[13], uespertinus[14]; concubina[15]; — intestinus[16], peregrinus[17], repentinus[18], supinus[19] et resupinus[20]; — subst., ut solent, disciplina[21], doctrina[22], haruspicina[23], latrina[24], officina[25], piscina[26], popina[27] (a uerbis: ruina[28], urina[29]).

—**anus:** arcanus[1], fontanus, mundanus, oppidanus[2], urbanus[3]; meridianus[4], quotidianus[5]; circumforanus[6], *extra-*

---

1) Sp. Geta 6, 2, V. Car. 3, 8. — 2) C. Ant. 11, 8, Pert. 2, 10, Macr. 6, 5. — 3) Recentiorum in —ela sunt: assequela Mar. Victor. (sequela Frontin., Tert., Dig., — sed obsequela prisc.), fouela Tert., medela Gell., App., Just., monela Tert, nitela App., Solin.; — acutela Prisc. inst. gr. IV, 4, cautela App., Dig. (incautela Saluian.), conductela C. Theod., mandatela Prisc. l. l., peccatela Tert. Sed horum nullum usquequaque simile est illi, — cum quo potius conferenda antiqua clientela, custodela (si hoc a custode, non a custodiendo est deriuandum).

1) L. Hel. 19, 6.. — 2) C. Pert. 11, 2 *cubicularii*, L. Al. 42, 3 *medicus*.. 3) L. Al. 58 ex., V. Prob. 17, 1.. — 4) V. Prob. 4, 6 abs. *caprina*. — 5) C. Ant. Ph. 1, 8.. — 6) V. Prob. 15, 6 *pecus*. — 7) Sp. Geta 3, 2. — 8) L. Comm. 9, 6 *pellis*. — 9) L. Hel. 19, 9 *pilum*. — 10) V. Aur. 35, 2 *carnem*, — abs. ib. 9, 6.. — 11) L. Al. 51, 3.. — 12) L. Comm. 6, 13.. — 13) L. Al. 29, 2.. — 14) C. Macr. 13, 4 *horis*. — 15) C. Ant. P. 8, 9 et passim. — 16) C. Maxim. 20, 6, Gord. 22, 9, neutr. pl. subst. L Comm. 10, 5. — 17) C. Ant. Ph. 11, 8, V. Car. 5, 2.. — 18) L. Comm. 16, 2. — 19) C. Maxim. 6, 7. — 20) V. Firm. 4, 3. — 21) C. Pert. 3, 10 *ob defensam d.,..*, pl. L. Comm. 1, 7. — 22) Sp. Seu. 21, 8. — 23) L. Al. 27, 6. — 24) L. Hel. 17, 1. — 25) Tr. xxx, 8, 6 *fabrili*. — 26) V. Car. 17, 5.. — 27) L. Comm. 2, 7.. — 28) C. Ant. P. 9, 1 *circi*. — 29) Sp. Car. 5, 7. — 29) Sp. Car. 5, 7. In —unus (h. e. —uinus) aprunus L. Hel. 21, 3, C. Maximin. 28, 2.., fortuna, tribunus.

1) Tr. xxx, 31, 11. — 2) subst. C. Maxim. 22, 6.. — 3) C. Ver. 9, 2, Gord. 7, 4 *plebs*, V. Tac. 10, 7 *serui*, Sp. Jul. 5, 9 *luxuria*.., † adu. L. Comm. 5, 5, Alex. 29 ex., i. q. astute. — 4) Tr. xxx, 8, 2. — 5) Sp. Seu. 23, 2. — 6) L. Comm. 2, 8 *propola*, — circumforaneus Cic., all. —

*muranus*, *interamnanus*, *intramuranus*, suburbanus[7], postmeridianus[8]; — decimanus, humanus (inhumanus)[9], prasinianus, primanus, praetorianus[10], quartanus, rusticanus[11], ueteranus, *uenetianus*[12].

— **ensis** (ab appell.): castrensis[1], circensis[2], forensis[3], *ripariensis*, *miliarensis* *).

---

7) Macr. 15, 1.. — 8) L. Al. 31, 1.. Multa huiusmodi apud recentiores inueniuntur, ut: pridianus Plin. Suet. App., postridianus Macr., biduanus Cassian. all., interdianus C. Aur., triduanus App., — subsignanus Tac. Amm., compaganus inscr., conuicanus C. Th., infraforanus inscr., extramundanus Mart. C., ultramundanus App. Mart. C.,.. — 9) C. Alb. 11, 2 quantum ratio humana non patitur,.. superl. C. Pert. 4, 3; inhumanus C. Max. Balb. 6, 2. — 10) Tr. Cl. 15, 3 praefectura praetoriana; — abs. (sc. milites) passim. — 11) C. Maxim. 14, 1, Gord. 7, 4. — 12) Cf. cellulanus Sid., dioecesanus C. Th. XVI, 2, 23 presbyteri, ducianus C. Th., hortulanus Tert., abs. Macr. all., magistrianus (i. e. unus inter magistros officiorum, cf. Quicherat s. u.), paedagogianus Amm. puer., abs. C. Th., praefectianus C. Th. XII, t. 10, priuatiani ib. VI, 30, 24 (i. e. officiales comitis rerum priuatarum), alia. De iis, quae a nom. propr. inclinata sunt in —anus u. I, 1 ad u. Alexandrianus.

1) L. Al. 41, 3 *ministri*, C. Pert. 8, 2 *uestes*, Sp. Hadr. 10, 2 *cibi*, Val. ap. V. Aur. 9, 6 *panes militares castrenses* (opp. *mil. mundi* ib.), subst. castrenses Tac. 8, 4. — 2) C. Ant. P. 6, 7, L. Hel. 23, 1.., abs. circenses V. Aur., 12, 1... — 3) Sp. Geta 2, 4.., *oratores* L. Al. 35, 3, ib. 44, 11, *uestes* ib. 42, 4.

*) Adiectiua in —ensis sunt proprie locatiua, ita tamen, ut pertinentiam ad locum significent non tam genitalem, quam actualem quandam, h. e. uersari aliquem uel agitari aliquid in loco, ad, circa locum. Apponere libet quae Drakenb. ad Liu. XXIII, 48 aliique deinde laudauerunt testimonia Charisii I, p. 106 *quod magis apparet cum dicimus Hispanos et Sardos, item Hispanienses et Sardinienses . nam cum dicimus Hispanos, nomen nationis ostendimus; cum autem Hispanienses, cognomen eorum qui prouinciam Hispanam incolunt, etsi non Hispani*, — et Festi (P. Diac. p. 60 sq.) *Corinthienses ex eo dici coeperunt, ex quo coloni Corinthum sunt deducti.., quam consuetudinem seruamus etiam, cum Romanenses et Hispanenses et Sicilienses negotiatores dicimus, qui in alienis ciuitatibus negotiantur.* Hunc in modum Hispaniensis exercitus, Siciliense bellum h. g. all. a scriptoribus frequentari notum est. Sed ratio, quam proposuimus, eo etiam pertinet, ut —ensis finitis significari possit, esse aliquid prope locum, ut mare Hispaniense, Graeciense, piscinensis pugil Lucil., —tendere, accedere aliquid: ad locum, ut Siciliensis peregrinatio, — ad modum ritumque loci, ut Hispaniensis mola Cato, scimpodium Graeciense Gell. Affigurabantur autem haec primitus a propriis nominibus, ciuitatum potissimum, ut Narbonensis, Aquileiensis, Mediolanensis, Thessalonicensis, deinde etiam terrarum, ut Macedoniensis (uir Pl. Pseud. 1041), Romani praesertim orbis partium, ut — quae apud nostros quoque occurrunt — Hispaniensis Sp. Hadr. 1, 1 *origo ue-*

—**aneus**: consentaneus[1], *calcaneum*[2]; — extraneus[3]; mediterraneus[4]; — *limitaneus*, consecraneus[5].

---

*tustior a Picentibus, posterior ab Hispaniensibus manat*, V. Bonos. 14, 1 *domo H., origine Brittanus* (V. Prob. 1, 4 *H. astutia*, — irrationaliter, est enim i. q. Hispanorum), Sardiniensis Sp. Seu. 2, 5 *quaestura*. Affigurabantur sane iam olim pariter etiam a localibus generalibus s. appellatiuis, sed quae instar propriorum essent relatu quodam speciali ad unum id quod suo in genere suum ac proximum esset Quiritibus, siquidem forensis, circensis, campensis, piscinensis, nemorensis, portuensis, fretensis non cuiuslibet erant fori, circi etc., sed pertinebant ad forum Romanum, circum maximum, campum Martium, ueterem piscinam publicam, nemus Aricinum, portum Ostiensem, fretum Siculum, — neque absimili ratione castrensis dictitabatur, adde et atriensis. Dehinc usus inclinamenti ulterius pertinuit ad quaelibet localia appellatiua iam generaliter, ut pratenses fungi Hor., nemorense mel Col., hortensia lira id. A terrarum nominibus inclinata apud nostros inueniuntur primos uel solos *Europensis*, *Dalmatensis*, *Palaestinensis*, — quibus accedit a uocabulo quasi proprio *riparienses* (i. e. milites, legiones), cf. Theod. Cod. VII, 1, 18 et 4, 14, iidem ripenses dicti in eodem cod., a ripa uel a riparia sc. regione (u. Ducang. s. u.). Ab appellatiuis in —ensis figurae recentioris specimina, quae uim locatiuam non egrediantur, sunt cellariensis (cellarium) C. Theod. *species*, — saltuensis ICti, — montensis inscr. *dii*, — petrensis (ad petras) C. Aur. *piscis*, — stagnensis August. *aues*, — hisque forsan addendum laterensis Tert. i. qui ad latus alicui est, latus tegit (ceterum cogn. Laterensis antiquum est). Verum pertinentiae in his potestas ita inualuit, ut postremo omni, ut utar uocabulo, locatiuitate eliminata adiectiua in —ensis eadem significantia atque — alis, —arius finita a uocabulis uel rerum, quas aliquis tractat officialiter, uel personarum, quinetiam propriis nominibus, inclinarentur, ueluti libellensis C. Just. (q. 'a libellis' Suet.), laterculensis ib., commentariensis Dig. al., ceteraque hoc genus, — agrarienses C. Theod. *naues*, h. e. agrarias sc. stationes, excubias tutantes, cf. Veg. r. m. IV, 46 ex., II, 19 al., — calcariensis C. Th. i. calcarii opificis minister, — fabricensis Amm. C. Just., — comitatensis Amm. C. Th. all. i. pertinens uel ad comitatum principis, ut *milites comitatenses* (genus militiae praerogatiuum, post palatinos quidem, cf. Gothofr. ad C. Theod. VII, 1, 18), uel ad comitis dignitatem, ut comitatenses largitionales, — Gratianenses, Valentinianenses Not. Dign. p. 35 al. (sc. militum numeri), — quibus iungitur, quod ap. Lampr. habemus, Libitinensis porta, — quae erat in amphitheatro efferendis occisorum corporibus, cf. Becker Röm. Alterth. I, n. 260. Difficilius explicatu est miliarensis V. Aur. 49, 1 *miliarensem porticum in hortis Sallusti ornauit, in qua cotidie et equos et se fatigabat*. Si tamen recte interpretantur h. l. = mille passuum u. columnarum, — et 'miliarensem cohortem' inscr. = mille militum, — plane idem est quod miliarius, paragogum ergo ex ille.

1) C. Max. Balb. 17, 5; — Pl. Bacch. 139, all., — inconsentaneus Mart. C.
2) Alia uerbalia in —aneus sunt: consectaneus Arnob. (= consequens), subst. Tert. Sid. (= assecla), oblectaneus inscr., pedaneus (iudices, senatores) uett, praecidaneus Atei. ap. Gell. (feriae) et succedaneus Pl. Epid. 135, all. et JCti (—cedere), praesentaneus Plin. Th. Prisc., repraesentaneus Tert., sōlitaneus Marc. Emp., suf-

—**icus**: amnicus, *anabolicus*, *aromaticus*, aulicus, barbaricus, basilica, bellicus, bucolicus, chiragricus, ciuicus[1], *deliacus*, † fabrica[2], flaminica[3], grammaticus, gymnicus, halieuticus, historicus[4], *holosericus*, hosticus[5], lyricus, mathematicus[6], mechanicus[7], medicus[8], mimicus[9], *mnemonicus*, modicus[10], musicus, mysticus, *mythistoricus*, nauticus[11], *panegyricus*, piraticus[12], poeticus[13], *porphyreticus*, protrepticus, publicus, † scholasticus[14], scenicus[15], sericus[16],

---

farraneus Cic., ¿ superuacaneus uett. (superuacare Gell.); — collectaneus Plin. Suet., conditaneus u., confusaneus Gell., deprecaneus pr., miscellaneus Iuu. App. Tert., opertaneus Plin., praecidaneus et circumcidaneus pr. (—cidere), praeliganeus pr., reiectaneus (tentatum a Cic.), siccaneus Col. (siccanus Plin.). Sane miscellaneus et suffarraneus significatione duntaxat, non originatione uerbalia sunt. — 3) Sp. Ver. 5, 11 *uxori conquerenti de extraneis uoluptatibus*. — 4) L. Hel. 23, 8. Alia talia in —aneus adiectiua ex aduerbiali locutione siue simplici (ut extraneus ex 'extra') siue composita (ut mediterraneus ex 'in media terra', subterraneus Cic. ex 'sub terra') concreta appono: intraneus Cass. (interaneus Col. Scrib. Plin.), subitaneus Col., spontaneus Sen. all. (cf. ultroneus); — posterganeus Arn. C. Aur., subaquaneus Tert., subtegulaneus Plin., subtercutaneus Veg. uet. (humor) Vict. ep. (morbus). — 5) His similia in —aneus denominatiua aut a substantiuis inclinata aut ex adiectiuis in —anus declinata uidentur esse: campaneus Grom., fontaneus Solin. Grom., oppidaneus C. Theod., temporaneus Aug. (opp. serotinus), uicaneus C. Theod.; collactaneus ICti, concellaneus (cf. cellulanus), conforaneus gl., conterraneus Plin., conuicaneus Cass. (cf. conuicanus). Quaedam profecto in —aneus desinentia prorsus confinium in —alis, —arius adiectiuorum uice fungi uidentur; ut capitaneus (= eminulus, egregius, q. capitalis) Grom. (literae), cf. Ducang. Gloss ed. nou. II, p. 143 sq., — occidaneus Grom. (uentus), — momentaneus Tert. (cf. momentarius), — pedaneus Pall., Solin. 2, 41 pro pedalis (sed semipedaneus, bipedaneus, tripedaneus iam uett.), — sōlitaneus Th. Prisc. = solitarius (solitanus Varro, Plin.). Denique de lactaneus Th. Prisc. (color) quid sentiam nescio (Venant lactineus).

1) V. Aur. 13, 3, Prob. 5, 1. 2: *corona*. — 2) Tr. Gall. 5, 3; L. Al. 21, 1 et 32, 3. — 3) C. Ant. P. 6, 7. — 4) V. Aur. 35, 1 *fides*, subst. Prob. 2, 4 et passim. — 5) Sp. Pesc. 10, 2 *hosticam ad gloriam*, — neutr. subst. Sp. Seu. 6, 1 *per hosticum*. — 6) L. Comm. 1, 4 subst. — 7) L. Al. 22, 4.. — 8) V. Aur. 4, 1.. — 9) V. Aur. 42, 5.. — 10) Sp. Pesc. 1, 3.. — 11) L. Hel. 8, 7. — 12) V. Prob. 2, 3 *bellum*. — 13) L. Al. 38, 1 *iocus*,.. — 14) C. Maxim. 29, 3, Tr. xxx, 10, 5.. — 15) V. Car. 20, 4.. — 15) V. Car. 20, 4.. — 16) L. Comm. 13, 1 *uestes*.., C. Pert. 8, 2 *subtegmine*, — sericum subst. L. Hel. 33, 3, Al. 33, 3.. —

*subsericus*, tetricus[17], tyrannicus, uillicus[17a], unicus, urbicus, *histrionicus*, *mulionicus*[18]; — domesticus[19], fanaticus[20], rusticus[21], *herbaticus*[22].

—**ĕus** (—neus), —**ĭnus:** aeneus[1], aereus[2], argenteus[3], aureus[4], *blatteus*, cereus[5], *cocceus*, coccineus[6], *coloreus*, *cypreus*, eburneus[7], femineus, feneus, gemmeus[8], *gypseus*, lapideus[9], ligneus[10], lineus[11], linteus[12], marmoreus[13], osseus[14], *paenuleus*, pineus[15], plumbeus[16], purpureus[17], roseus[18], russeus, sidereus, siligineus[19], testu-

---

17) L. Al. 52, 2 *durus et t.*, Sp. Pesc. 6 ex. — 17*a*) L. Al. 15, 3. — 18) Paulo quidem insolentiore figura pro: histrionius, mulionius, cuius tamen exemplum fullonicus iam antiquum, mangoncus ap. Plin. et Sueu. — 19) C. Ant. P. 6, 12.., abs. (sc. milites) V. Car. 13, 1.. — 20) V. Tac. 17, 1.. — 21) Sp. Seu. 22, 6.. — 22) V. Prob. 19, 4 *damae.. et cetera animalia herbatica.* Cf. aquaticus, fluuiaticus, scenaticus, siluaticus, uepraticus, uillaticus, uineaticus, umbraticus, — recentt. canceraticus Veg. u. (foetor), horreaticus C. Theod. (species), pluuiaticus. Haec in —ticus confiniaque his in —tilis denominatiua significare solent, quo quid teneatur, ita quidem fere, ut aut in eo sit (fluuiatica animalia, fluuiatiles pisces) aut ex eo sit (aqua pluuiatica u. pluuiatilis), — uerum etiam ita, ut tenax uel petax sit eius, nam aquaticum Plin. XVIII, 27, 105 tale quid dicitur, quod spongiae instar trahit aquam, — cuiusmodi etiam nostrum illud herbaticus uidetur esse. Ceterum exstant etiam alia et in —ticus et in —tilis item confinia inter se, non autem, quemadmodum illa, a nominibus deriuata, sed uerbalia, ueluti erraticus, erratilis, — uolaticus, uolatilis, pasticus, pactilis, — et in —tilis quidem desinentia apud nostros quoque talia inueniuntur: altilis Sp. Jul. 3, 8, coctilis Tr. Cl. 14, 12, fertilis, fictilis L. Hel. 25, 9, textilis ib. 27, 4 (pictura), uersatilis L. Hel. 21, 5. Verum haec cum solitanea sint omnia, nulla nobis haec quoque genera deriuatiuorum tractandi praebetur ansa.

1) L. Comm. 16, 5. — 2) Sp. Seu. 22, 2. — 3) C. Ant. P. 6, 7.. — 4) C. Ant. P. 6, 7.., abs. (sc. nummus) Ant. Ph. 11, 4 et passim. — 5) L. Hel. 25, 9. — 6) L. Al. 40, 6. 11. — 7) Sp. Hadr. 10, 5, C. Ant. Ph. 5, 2, L. Hel. 25, 9. — 8) Tr. Gall. 16, 4 *caligas* (pro: gemmatas). — 9) L. Hel. 25, 9. — 10) Sp. Pesc. 10, 1, L. Hel. 25, 9. — 11) V. Aur. 12, 1 *tunicae..*, abs. *linea* L. Al. 40, 10, V. Aur. 46 ex., 48, 5, Car. 20, 5. — 12) V. Aur. 1, 7 et 10 *libri..*, abs. *linteum* L. Hel. 26, 1. — 13) C. Ant. P. 3, 5, L. Comm. 16, 4, V. Aur. 37, 2. — 14) L. Hel. 4, 4. — 15) pinea subst. L. Hel. 19, 5. — 16) abs. Sp. Seu. 11, 2 *ictu plumbeae.* — 17) C. Alb. 12, 1, L. Comm. 15, 3, V. Aur. 5, 1—3, et passim. — 18) V. Aur. 5, 1 *odor.* — 19) V. Aur. 35, 1. —

dineus, uitreus[20]; (Herculeus, Romuleus); — coccinus[21], crystallinus[22], *electrinus*, elephantinus[23], galbinus, hyacinthinus[24], myrrinus[25], prasinus[26], tyrianthinus *).

20) V. Tac. 11, 3, Firm. 3, 2.., de colore L. Hel. 19, 2. — Adiectiua materialia in —eus significant fere aut 1) ex quo quid procreuerit (arboreae frondes, pineae nuces), unde prouenerit (siderea lux), transgressiue etiam omnino cuius quid sit proprium (uirgineus pudor, uirgineae — i. e. uirginum Danaidum — urnae, carcerea catena), — aut 2) proprie uereque materialiter ex qua res confecta sit materia (lignea supellex, lineae uestes), uel qua conferta (oculeus Argus, squameus anguis, uitea rura, — et sic Treb. gemmeas caligas), uel qua infecta (fumea uina), — denique quo genere qualitas rei constet (corporea res, stimuleum supplicium, — Cassiod. pisceus lupus). Indiscretim autem eadem significant tam ex quo uere aliquid sit, quam ex quo esse uideatur tantummodo uel fingatur, h. e. possunt significare cui simile aliquid sit: qualitate (niueae undae, aggereus tumulus, fulmineus ensis), specie (turbineus uortex, plumeae niues), ac specialiter colore (niuea ceruix, picea nubes). Atqui minus usitata sunt formamenta in —ĕus a nominibus animantium uel adeo appellatiuis hominum, ut apud recentiores hirundineus Sidon. pro hirundininus (Plaut. all.), angueus Solin. 24, 4 lapsus, draconeus (quanquam sane uipereus iam apud ueteres poetas saepius, anguineus ap. Ouidium legitur), — atque ita 'femineus', usu saltim rariore, nostri aliquoties, uirgineus quidem multi et antiqui dixerunt. Perperam plane recentiores formas in —eus nonnunquam uel adhibuerunt uel affinxerunt pro sollemnibus in —aneus, ut collacteus Iuu., Hyg., postt. (Charis. 1, p. 82 *collactaneus dici debet, nam collacteus nemo dicit*), subterreus Arnob., — uel pro formis in —alis, —arius, ut funereus pro funerarius poett., marmorea ars iam Vitr. IV, 1, 10, classea silua hominum Cassiod., bitemporea uox Prisc., — et his potissimum accensendum fuerit 'Paenuleus', quod imp. Macrinum filio irrogasse cognomentum legimus apud Lampridium („*filium suum Paenuleum uel Paenularium dicendum*"), — nisi forte —ēus (h. e. —ειος) pronunciare malumus, ut euadat uox semihibrida. Habet etiam, in quo quis offendat, 'color*e*us', — quod apud alios rectius ut uidetur, color*i*us scriptum inuenitur (u. I, 1 ad u.). — 21) Comm. ap. C. Alb. 2, 5, ib. 6, 4. — 22) C. Ver. 10, 9 *calix*, 5, 3, Ant. Ph. 17, 4. — 23) V. Tac. 8, 1. 2. — 24) Aur. ap. V. Bonos. 15, 8. — 25) C. Ant. Ph. 17, 4, Ver. 5, 3, L. Hel. 32, 2. — 26) C. Ver. 4, 7 *prasino fauens*, 6, 3, L. Hel. 19, 2.., subst. (lapis), C. Maxim. 27, 8, Tert.

*) Illis in —eus cognominata constat esse adiectiua figurata in: —*ginus*, —*gineus* (ut oleaginus, oleagineus, — uitigenus Lucr., uitiginius Cato all., — fabaginus Cato, — tiliagineus Col.), — —gnus (abiegnus); — —*i̊nus*, —*i̊neus*, quorum quae quidem latina sunt (non, ut, plurima, graecanica et inuecticia) postaugustana pleraque sunt, partim serotina, — ut quae duo habent nostri, coccinus et galbinus, ut aesculinus Vitr., faecinus et faecineus Col., fucinus Quint., gausapinus Petron. Mart., iuncinus aliaque plura Plin., quercinus Tert., triticinus Pl. Valer., cumininus App. herb.; — —*nus*, —*neus*, cuiusmodi sunt (et quidem antiqua omnia) colurnus, roburneus, —aenus, aeneus, — eburnus, eburneus, — ficulnus,

—**aceus** (—acius), —**icius** (—iceus): gallinaceus[1], hederaceus[2], *tiliacius*; — aedilicius[3], *cespiticius*, *famulicium*, *genitalicius*, natalicius[4], patricius, *pelliçius*, saturnalicius, *sigillaricius*, *toficius*, tribunicius[5]; — adscripticius[6], *subditicius*, *tractaticius* *).

---

ficulneus, — ilignus, iligneus, — salignus, saligneus, all., breuiore forma fere poetis magis usurpata, ut eburnus, quernus. Haec omnia uel magis quam illa superiora in —eus (quae —n-elemento carent) strictiusque materialia dixeris, quippe quae nihil amplius fere significent, quam materiae genus, ex qua res aut *a)* confecta sit (murrini calices C. Ver. 1 1.) aut *b)* mutuata habeat colorem, ut cerina pruna Plin., ferrugina uela Lucr., ferrugineum palliolum Plaut. all., apud nostros e. c. coccinum pallium, coccinea chlamys, — denique *bb)* si a coloris deriuata sunt uocabulo, colorem temperatum, ut albineus Pall., galbinus Vop. (tunica) u. galbineus, a galbus χλωρός gloss.

1) C. Pert. 12, 6, subst. Val. ap. V. Aur. 9, 6.. — 2) V. Aur. 49, 7. — 3) C. Ant. Ph. 10, 3.. — 4) Sp. Hadr. 8, 2. — 5) e. c. potestas C. Ver. 4, 1.. — 6) Tr. xxx, 18, 11 *quod nullum adscripticium id est uacantem haberet.*

*) Adiectiuis in —ĕus et —(i)nus congenera sunt adiectiua in —*aceus* (—acius) et (denominatiua) in —*icius* (rarius: —iceus). In —*aceus* e uetere latinitate haud ita multa innotescunt (ut betaceus, farracius, gallinaceus, hederaceus, hordeaceus, loliaceus, mustaceus, uinaceus); amplius bis tantum uni acceptum referimus Plinio, ter tantum fere aeneae aetatis scriptoribus, — quo in numero 'tiliacius' Capitolino. Haec adiectiua cum significatu plerumque cum —ĕus finitis congruant in unum, aliqua sane horum ideo, quod —eus suffixum uocalitas non pateretur, in —aceus paragogata esse uidentur, utputa hordeaceus (pro horde-eus), miniaceus Vitr., coriaceus Amm., — alia utrolibet inclinata aut pariter comparent, ut musteus et mustaceus Cat., farreus et farracius Varr., aut diuersis temporibus, ut charteus Varr., chartaceus Dig., — testaceus antt., testeus Macr., C. Aur. IV, 2, 23 al., Prud. Significant porro, sicut illa, ita haec quoque similitudinem, uel formae, ut ampullaceus Col. Plin., capillaceus Plin. (coma arboris), furfuraceus Fulg. (terebramina tinearum), uel etiam coloris, ut uiolaceus Plin. XXII, 21, 47 (ixiae flos), sucinaceus Isid. (uinum), — et sic Vopisc. *calceos hederacios* dixit. Non tamen in hanc potissimum significationem, ut quibusdam uisum est, aut consuetudo in his aut ipsa inclinabuli q. e. aceus natura procliuior est, imo et —*aceus* et, quod latius patet usu, —*icius* nihil aliud proprie significant, quam a quo aliquid sit profecticium. Proinde inclinabulum q. e. *aceus* non modo, ut assolet, qua quid materia confectum, sed etiam designare potest, quo aliquid instrumento constiterit, ut furnacei panes Plin. (i. e. in furno, ope furni percocti), itidem focacius panis Isid., — formacei parietes Plin., alutacea pellis Marc. Emp. (i. e. aluminis ope subacta). Ad eandem rationem — aceus finita etiam significare possunt, quod ad genus aliquid pertineat, ut deriuata ab adiectiuis in —īnus gallinaceus (i. e. generis gallini) et columbinaceus C. Aur. *pullus*. Vnum residuum est in —aceus insolentius et haud scio

an irrationaliter affictum, utpote pertinentiae non originalis, sed finalis: pulmonaceus Veg. uet. *radicula* (h. e. *ad* pulmonem efficax, i. e. pertinens). Nam quod App. Met. V, 26 s. f. Hildebrand scripsit *farreaciis* (nuptiis), id uocabuli monstrum minime ferendum est, imo ex codd. lectt. *arreat his*, *arreaticiis* eruendum fuit uel *farreatis* uel *farreaticiis*, — h. e. confarreationis ritu conciliatis. — Perinde atque — acius finita etiam in —*icius* complura significant, quo ex rerum genere aliquid uel prouenerit uel constiterit (uel, item ut illa, quo affectum sit). Sic rapicius Cato (semen), cinericius Varro (terra), latericius, craticius, lanicius, paniceus (Plaut.), prunicius, sarmenticius (Col. cinis), — sic apud nostros nouicia cespiticius, pellicius, toficius, ap. Sulp. Seuer. palmicius (sporta); — porro stramenticius B. Hisp. 16, 2 *casae* (h. e. stramentis tectae, i. e. affectae, cf. Caes. B. G. V, 43), tegulicius inscr., et, forma assimili in —ucius, pannucius (—eus) h. e. pannis obsitus. Eodem genere significantiae porro et hoc continetur, quod denotare eadem ualent, qua ex re quasi coeffectrice aliquid editum sit, ut canalicius Plin. (aurum), artopticius id. (panis), clibanicius Isid. (panis). Atqui latius patet, ut praediximus, hoc inclinamentum, signatque omnino, quo siue rerum *siue personarum* a genere aliquid siue reale *siue actuale* sit profecticium, quoue pertineat, ut ita dicam, originitus uel causaliter. Nimirum aedilicium est quidquid ab aedilibus proficiscitur eorumue est potestatis (munus, edictum, largitio), et aedilicius is, qui aedilitate functus est, iam ipse est factus; — famulicium est et omnis famulorum functio (Paul. Diac. s. u.) et (ut apud nostros) ipse famulorum grex (quippe qui constet famulis), cf. seruicium, auicium App.; — patricii sunt qui patribus oriundi patrum h. e. optimatium et ipsi loco ac genere habentur, — et similiter nouicium est id quod a nouis est (uel, ut Gell. VII, 5, 4 ait, quod a nouo dictum inclinatumque), sed etiam id quod nouum est functionis suae uel omnino quod nouissimi est temporis (u. mancipia, quaestus, colores), ita ut ad idem propemodum euadat quod est 'nouum' (ut patricius = pater). Talia sunt porro tribunicius, praetoricius (corona Mart.; — i. q. uir praetorius inscr.), quaestoricius inscr., augustalicius inscr., curatoricius C. Th., — gentilicius, sodalicius, pastoricius. Seorsum habenda esse uidentur ea, quae a quibusdam adiectiuis in —alis, —aris (ut compitalis, sigillaris), sed iam substantiuali potestate indutis (compitalia, sigillaria) inclinata sunt in —cius (forsan euphonice pro -cus), — quae ad rem, quam primitiuum, substantiue acceptum, demonstrat, significant pertinentiam (compitalicii ludi = *ad* Compitalia pertinentes, in Compitalium festiuo commissi), — cum eodem autem primitiuo, adiectiue accepto, propemodum congruunt significatione (compitalicius = compitalis, — uenalicia familia Dig. = uenalis familia Quint.), ita quidem, ut si et ipsa substantiue usurpentur, iam idem adeo possint ualere, quod primitiuum substantiue, ueluti sigillaricia apud Spartianum sunt i. q. sigillaria apud Senecam. Huiusmodi sunt porro riualicius Fest. lex (= ad riuales pertinens), sputalicius, palilicius Plin. sidus, — item nostris quoque usurpata natalicius (ludi), saturnalicius, isdemque primis genitalicius (ludi) quodque paulo ante tetigi sigillaricius; hisque significatione tenus parile esse uidetur elementicius Tert. (id quod *ad* elementa pertinet, in elementis est). — *Verbalia* in —icius cum et ipsa contineantur propria illa ac primitiua, quam superius indicauimus, huius inclinamenti ui ac ratione generali, tum quaedam eorum etiam specialiter denominatiuorum sequuntur rationem: nam ut iam Cic. conuenticiam pecuniam eam quae *ob* conuentum soluitur dicere tentauit, τὸ ἐκκλησιαστικόν interpretatus (nisi forte non ab ipso uerbo, sed a subst. 'con-

**—stris** (—stis), **—ster:** agrestis[1], campester[2], coelestis[3], equester[4], illustris[5], pedestris[6], semestris[7], siluestris[8], *lanestris*[9].

---

uentus' deriuauit), Suet. aduenticiam coenam eam dixit, quae *ob* aduentum celebratur, sic complura huiusmodi ICti frequentant, ut agnaticium ius i. e. agnatorum u. ex agnatione, condicticius, feneraticius = fenebris, pigneraticius, — quinetiam finaliter comparaticium aurum id, quod *ad* comparandas uestes erogatur. Sed longe plurima in —icius uerbalia, utpote inclinata fere a participiis perf. pass., horum et referunt uim, id significando, quod subiectum aliquod *eo*, quod actu est affectum, exinde sibi habeat, ut scholastice loquar, attributum: is qui est ascriptus exinde est dicique potest ascripticius. Est enim haec peculiaris huius inclinamenti uis, ut participia, integra sententia, refiguret in adiectiua signetque attributiuae functionis nota. Cumque sane in nonnullis huius generis, ut in adiectiuis, notio temporis minus stricte reseruetur, ita ut non tam, quid factum sit subiectum, sed quid fieri soleat (*postulaticii gladiatores* Sen.), fieri possit (*nundinaticius* Tert. q. uenalis, *circumlaticius carcer* Sid i. qui circumferri potest), fieri debeat (*damnaticius* Tert. q. damnabilis), uideantur significare, adeoque quaedam etiam passiuitatem abiecisse (*commendaticiae literae, tabellae* Cic., —nisi forte hoc primitus fuit: commendat*r*iciae —, *stillaticius* Plin. q. stillans, *eiecticius* Plin. XI, 84, 210 = qui — ex se —eiecit, — *prouocaticius* C. Aur.), longe *maxima* tamen *pars* uerbalium in —icius propriam ac genuinam uim *perfecti* retentant itemque genus primitiui uerbalis. Exemplorum copiam satis largam indidi: adoptaticius Plaut., aduecticius, aduenticius (*genus auium, auxilium*), caesicius, collaticius, commenticius, conducticius, congesticius, conuenticius (*patres* Plaut.), dediticius, demissicius, editicius, emissicius, empticius, excepticius, expositicius, facticius, ficticius, fossicius Varr., Plin. (*sal, arena*), importaticius B. Afr. (*frumentum*), impositicius Varr. (*nomina*), insiticius, inuecticius, missicius Suet., perpessicius Sen. (act., ut a depon.), proiecticius, recepticius, surrepticius, tralaticius; — recc.: additicius Tert. Dig. (*mensis*), affectaticius Cass. (*fides*), arrepticius, assimulaticius C. Th., commixticius, compacticius, compositicius Tert. an. 9 *omne effigiatum compositum et structile, dissolubile autem omne compositicium* et *structile*, concinnaticius App., deleticius, erepticius Dig, exsulaticius gl. Cyr. *fugitiuus*, flagellaticius gl. μαστιγίας, immolaticius Aug. Cass., inducticius gl., instauraticius Macr., locaticius Sid. Salu., misticius Hier. (*mestizo*), oblaticius Sid. C. Theod., obrepticius C. Theod. Prosp. Aq., pacticius Gell., praedaticius Gell., pressicius Not. Tir., profecticius Dig., prouocaticius Tert., sideraticius, superinducticius Tert., traiecticius, transcripticius, uenaticius Amm. (*praeda*), — quibus accedunt a nostris subditicius, tractaticius.

1) Sp. Hadr. 3, 1. — 2) Vulc. Cass. 4, 7 *campestre* sc. sagulum. — 3) Sp. Hadr. 2, 4, L. Diad. 3, 3.. — 4) C. Macr. 6, 8.. — 5) Sp. Seu. 12, 1, V. Aur. 1, 1.. — 6) V. Prob. 21, 1, C. Macr. 6, 8.. — 7) L. Al. 64, 1. — 8) C. Max. 28, 2 . — 9) Significationis etiam genere (= laneus), ut uidetur, deuium

—**atus**: a b s i n t h i a t u s [1], aeratus [2], albātus [3], argentatus [4], auratus [5], b a c a t u s, bracatus [6], *buccellatum*, bullatus [7], candidatus [8], chlamydatus [9], *chrysografatus*, c i r r a t u s, *clauatus*, c o t h u r n a t u s, *crustulatus*, *dalmaticatus*, delicatus [10], diadematus [11], e b o r a t u s, falcatus [12], f a r r a t u s, ferratus [13], *fibulatus*, galeatus [14], g e m m a t u s, *geniatus*, iubatus [15], laureatus [16], *limbatus*, literatus [17], manicatus [18], *mastichatus*, moratus [19], o d o r a t u s [20], paenulatus [21], palliatus [22], p a l l i o l a t u s, palmatus [23], paludatus [24], p a m p i n a t u s, praetextatus [25], *puleiatus*, purpuratus [26], radiatus [27], *rosatus*, rostratus [28], sagatus [29], sceleratus [30], sigillatus [31], *specellatus*, *suminatus*, togatus [32], *uasatus*, ¿ uenenatus [33]; — (in —i t u s, —u t u s, —s t u s: crinitus [34], fortuitus [35], gratuitus [36], i g n i t u s, maritus [37], turritus [38]; argutus [39]; faustus [40], funestus [41], honestus [42], inuenustus [43], molestus [44],

1) L. Hel. 21, 6. — 2) L. Hel. 29, 1 et V. Aur. 46, 4 *uehicula*. — 3) V. Tac. 19, 6.. — 4) V. Aur. 46, 3 *carruchas*,.. — 5) C. Ant. Ph. 17, 4 *uestem*, V. Car. 20, 4 *pallium*, Tr. xxx, 16, 1 *papiliones*, 32, 5 *statua*.. — 6) V. Prob. 18, 5 *Gallia*. — 7) Tr. Gall. 20, 3 *balteus*. — 8) L. Al. 43, 3. — 9) V. Tac. 16, 2. — 10) L. Diad. 3, 2 et C. Maxim. 20, 1 comp., L. Al. 48, 1 sup. — 11) L. Diad. 4, 4. — 12) L. Alex. 55, 2 et 56, 4 *currus*. — 13) V. Prob. 21, 3 *turris*. — 14) Tr. xxx, 30, 14, V. Aur. 30, 14. — 15) C. Ant. P. 9, 4, V. Prob. 19. 5. — 16) C. Maxim. 14, 4 *fasces*, 24, 6 *literae*. — 17) Seu. ap. C. Alb. 12, 12.., subst. C. Macr. 13, 5. — 18) Tr. Gall. 16, 4, V. Aur. 48, 5.. — 19) Sp. Car. 9, 3 *male*, Hadr. V. Sat. 8, 7 *melius*, V. Car. 11, 1 *egregie*, C. Maxim. 10, 1 *ita*. — 20) L. Hel. 19, 5. — 21) L. Comm. 16, 6. — 22) Sp. Seu. 1, 7. — 23) C. Gord. 3, 7.., *Capitolina palmata* V. Prob. 7, 4. 5. — 24) C. Ant. Ph. 14, 1. — 25) Tr. Gall. 8, 5 *omnibus sacerdotibus praetextatis*. — 26) Vulc. Cass. 3, 3.., subst. V. Aur. 42, 3, id. Firm. 2, 3. — 27) Tr. Gall. 16, 4. — 28) C. Gord. 3, 6. — 29) C. Ant. Ph. 27, 3. — 30) C. Max. Balb. 17, 6. — 31) Tr. xxx, 16, 1.. — 32) C. Ant. Ph. 7, 3.. — 33) Sp. Pesc. 12, 1 *reliquos* (principes) *feneos uel uenenatos uocans*, C. Ant. Ph. 15, 5. — 34) L. Comm. 16, 1, C. Ant. P. 9, 3 *stella*. — 35) L. Hel. 16, 1 *per fortuita animalia uehi*. — 36) V. Aur. 48, 1, Prob. 20, 2.. — 37) L. Hel. 4, 3.. 38) L. Al. 56, 3. — 39) Sp. Var. 6, 2. — 40) L. Hel. 3, 3.. — 41) V. Aur. 37, 7 *artium*, C. Macr. 14, 1... — 42) C. Gord. 9, 2, pers. L. Hel. 12, 3,... — 43) L. Al. 27, 5. — 44) C. Ant. Ph. 17, 5. —

onustus[45], robustus[46], scelestus[47], fors et all.)*)

45) Sp. Pesc. 11, 2.. — 46) V. Firm. 4, 2. — 47) C. Ant. Ph. 16, 1. Quod ad genus figurae pertinent etiam acetum (Tr. Cl. 14, 3..) et substantiua περιεκτικά (Voss. de anal. II, 30, p. 824) in —etum, —tum, ut oletum, uiretum, funetum, sabuletum, rosetum.. (rec. carduetum, citretum), — arboretum, arbustum, — fruticetum, frutectum.., — salictum.., uirgultum.

*) Adiectiua participiali forma in —*tus*, maximam partem in —*atus* inclinata a nominibus, potestate ea, ut quo quid instructum sit significent, per omnia latinitatis tempora frequentata fuere, multaque huiusmodi a recentioribus, accesserunt lexicis noua, ratione tamen ficturae pleraque ab antiquioribus haud diuersa, ueluti: manuatus M. Cap., ungulatus, cassita Gell., fellitus (uett. capitatus, digitatus Plin., cornutus, nasutus, auritus), — amiculatus Solin., campestratus Aug., impurpuratus Charis. *uestis* (i purpura praetexta), pigmentatus (uett. tunicatus, indusiatus, purpuratus, fimbriatus — cf. Quint. VIII, 3, 32 —, picturatus poett.), — contatus Veg. r. m. III, 16 in. al., gaesatus, muratus Veg. r. m., tibicinatus sch. Iuu. (uett. hastatus, parmatus..), — peditatus Hyg. Gr. *cohors*, feturatus Tert., laculatus, cantharatus (i. cantharis pictis distinctus), strigatus (u. uirgata uestis, uirgulata concha..), — cuminatus, liquaminatus Apic., meratus C. Aur. IV, 1, 17, V, 7, 109 *potus* al., uiolatum (u. fabatus, laserpitiatus..), — sensatus Firm. m., insensatus Tert. all., pudoratus Vulg., disciplinatus Tert. all., indisciplinatus Cypr. all., ininitiatus Cl. Mam. h. e. initio carens, proportionatus Firm. m. *corpus* (u. famatus, ingeniatus..), — absidatus, tropaeatus Amm., toxicatus (u. diadematus, echinatus, lemniscatus Cic., phaleratus Ter...). Neque hoc abusionem esse dixeris, si quae, quo quid instructum uel infectum non quidem re uera sit, sed esse uideatur, significant, h. e. similitudinem quandam uel qualitatis, ut pecuatus Fulg. (q. bestialis), ignitum uinum Gell., ingenium Prud., — uel formae, ut gammatus, scamnatus Grom., — uel coloris, ut mustelatus peplus App , — quemadmodum haud raro etiam superiores aurata tempora, gemma auratis guttis, falcatus ensis, cauda, mellita puella, orbitus h. g. all. dixerunt (e Plin. h. nat. exempla Wannowski Pliniana, Pos. 1847, p. 14 sq.). Quaedam sane apud recentiores significatione ab illis discrepant, ut centratus circulus Fulg. (h. e. medius, circuli centrum), dextratus, sinistratus, citratus, ultratus Grom., quae malit aliquis illorum adiectiuorum numero excerpere ac pro uere participiis, defectiuis duntaxat, habere. Nempe uera participia, quamuis ceteris uerbi formis defecta, sunt e. c. concrustatus Amm. (crustare), deceruicatus Sid. (cf. decollare), degradatus, egranatus Pl. Valer. (cf. enucleare, emaculare; — et Plaut. expalliatus all., Plin. exalburnatus), tutelatus Grom. (cf. tutelator) h. g. all. Alia rursus, quamuis significationis ratione cum adiectiuis illis participialibus fere congruant, tamen participia sunt rite a uerbis declinata; qualia sunt, ut exempla ponam olim quidem usitata, sed apud nostros quoque obuia, calceatus L. Al. 52, 3.. (calceabat, calceantur etc.), catenatus V. Cass. 4, 4, centuriatus C. Maximin. 4, 4 *ordines duxit centuriatos* (= centenorum, h. e. fuit centurio s. centenarius, cf. Veg. r. m. II, 13), fortunatus V. Aur. 50, 5.., fucatus L. Comm. 17, 3, miniatus C. Gord. 3, 7. Econtra alia, ut aeratus, argentatus, auratus, crinitus, licet et aliae his quaedam formae uerbales siue a grammaticis affingantur (Prisc. VIII, 14, 79) siue a scriptoribus quandoque ten-

—**osus:** ambitiosus[1], *aurosus*, bellicosus[2], *Bonosus*[3], *canosus*, copiosus[4], † criminosus[5], curiosus[6], ebriosus[7], factio-

tatae sint (aurantur Tert.), — nihilo magis participia sunt uere uerbalia, sed sunt propritim denominata. Quanquam de quibusdam — eorum quoque, quae mea sententia in laterculum redegi — ambigi posse non negauerim.

1) Sp. Hadr. 6, 5 *ambitiose ac diligenter exponere.* — 2) Sp. Seu. 18, 3. Adformam bell-ic-osus (pr. etiam bellosus) cf. sent-ic-osus (rec. sentosus), tenebr-ic-osus (tenebrosus), rec. febr-ic-osus Veg. u., — porro etiam met-icul-osus, sit-icul-osus, somniculosus; — formid-ol-osus, fraud-ul-osus Dig. — 3) Quod est nomen unius e minusculis tyrannis, quorum uitas scripsit Vopisc. (qui Bonos. 14, 1 hunc dicit fuisse domo Hispaniensem, origine Brittannum, Galla matre). Est autem bonosus — a 'bona' (subst.) — i. q. bonis omnibus diues, cf. peculiosus, pecuniosus, itemque, quod sequitur, canosus, a 'cani' (sc. capilli) — i. q. canis abundans. Eodem modo etiam quibusdam in —osus, quae antiquitus inclinata traduntur ab adiectiuis (cf. not. 7), non adiectiuum ipsum, sed substantiui iam potestate indutum uidetur subesse: muliebrosus Plaut. Poen. 1292 *genus muliebrosum* = ad muliebria male propensius, cf. uinosus, mulierosus, gratiosus (n. 16), — alsiosus Varro, Plin. (= alsius Lucr.), lusciosus Varro, Plin. (nisi correptum hoc e luscitiosus Plaut. Mil. 321 all., a 'luscitio'), quae ad eam speciem —osus finitorum referenda esse uidentur, quibus denotatur, quo malo uel morbo aliquis laboret, ut herniosus, cf. inferius n. 18. — 4) L. Alex. 37, 11 *neque parce neque copiose*, Sp. Geta 2, 4. — 5) Vulc. Cass. 4, 5 et L. Comm. 3, 8 *criminosi* pers. i. criminibus admissis foedati, — cum alias criminosus is dicatur, qui criminationes inferat aliis, ut Cic. p. Cluent. 34, 94. — 6) C. Ant. Ph. 20, 5 *curiosissimus famae suae*, cf. Sp. Hadr. 11, 4, C. Pert. 13, 8 *circa uxoris pudicitiam minus curiosus*, V. Prob. 2, 8 *sum unus ex curiosis*, Car. 14, 1 *curiosum non puto neque satis uulgare fabellam de Diocletiano ponere.* — 7) L. Comm. 17, 3; Cic.; all. Ab adiectiuis deriuari adiectiua in —osus, rationi figurae, qua substantiae copiam uel abundantiam (uel, transgressu procliui, nimietatem) significari constat, aduersatur nec ferri posse uidetur, nisi aut, quod n. 3 attigimus, primitiuum a propria adiectiui ad substantiui potestatem transgressum fuerit, aut inclinamenti uis a propria copiae ad similitudinis significationem delapsa (cf. not. 37). Ceterum exstant formaliter ab adiectiuis repetenda complura apud recentiores, ut anxiosus C. Aur., dubiosus Gell., falsosus gl. Paris. S. German. i. q. *circumuentus, deceptus*, fatuosus S. S., malignosus gl., medicosus (n. 37), merosus Agroet. orthogr. *uinum*, mortuosus (n. 37), putruosus C. Aur., querulosus S. S., Porph. ad Hor. (querelosus Cass.), ridiculosus Hier., Boeth., scabrosus Prud. Venant., tabidosus Tert., tumidosus Amm. XXI, 10, 3. Quin a uerbis etiam inclinata in —osus, licet et ratio repugnet et Gell. III, 12 improbare uideatur, inueniuntur tamen, nec solum id, quod ille mirabundus apud Nigidium et Laberium reppererat, bibosus, sed et alia, ut calcitrosus Col. Petr. Dig., pruriosus C. Aur., mordosus, — fors et alia insuper ac partim quidem antiquissima. Residua enim sunt quaedam in —osus a uerbis pleraque, ut uidentur quidem, inclinata significatu a ratione huius inclinamenti prorsus abhorrente, quinimo in participiorum pass. uel participialium in —atus aut uerbalium in —icius uel —iuus quasi iura inuadente, ut septuosus Liu. Andr. *ita septuose dictio abs te datur* (Non. p. 116), i. obscure =

sus[8], famosus[9], † fastidiosus[10], (formosus[11]), furiosus[12], *Gaudiosus*[13], generosus[14], gloriosus[15], † gratiosus[16], gulosus[17], herniosus[18], incuriosus[19], ingeniosus[20], iniuriosus[21], insidiosus[22], inuidiosus[23], libidinosus[24], luxuriosus[25], malitiosus[26], morosus[27], odiosus[28], ominosus, onerosus, † ope-

---

septe, — repudiosus Pl. Persa 384 *nuptias r.*, i. repudiandas, — obnoxiosus Pl. Trin. 1038, Enn. ap. Gell. VI, 17, 10, = obnoxius, ¿ i. e. obnoxius factus (exstat uerbum obnoxiare, auctoritatis sane recentioris), — suspendiosus Varr. Plin. Dig. i. qui suspendio mortem sibi consciuit, = suspensus, quibus fortasse accensenda falsosus = deceptus, quod p. a. commemoraui, fabulosus = fabulis adauctus (ut Quint. *exempla*, Flor. *altitudo*, Plin. XXXIII, 4, 8 'anulum fabulosiorem'), quin haud scio an etiam Vopisci operosus (n. 29) pro operose factus, ¿ = operatus. — 8) L. Al. 66, 2. — 9) Sp. Hadr. 15, 5 *Heliodorum famosissimis literis lacessiuit*, L. Al. 17, 3 *famosus crimine furtorum*, 25, 10 *mulieres f.*, C. Alb. 6, 7 *praeturum egit famosissimam..* — 10) C. Maxim. 1, 1 *ne fastidiosum* (i. fastidium mouens) *esset clementiae tuae singulos quosque principes per libros singulos legere.* — 11) Mart. epigr. ap. L. Al. 38, 2. — 12) C. Gord. 8, 1, Max. Balb. 2, 3.., adu. Sp. Hadr. 12, 5 comp. — 13) V. Prob. 22, 3: nomen propr. ducis cuiusdam, quo tamen repraesentatur adiectiuum gaudiosus, quippe quod et in mediaeuali latinitate compareat (Ducang. s. u.) et usque in nouellas linguas permanauerit (gaujous, joyeux). — 14) V. Prob. 3, 7. — 15) Sp. Pesc. 10, 2 *nec se barbarae nationes argento nostro gloriosiores facerent,..*, adu. L. Al. 27, 10. — 16) Tr. Cl. 3, 1 *me nihil unquam cogitasse dixisse fecisse gratiosum*, — i. fauoris captandi causa. — 17) Vide ann. 27. — 18) Cf. ramicosus Plin. (= herniosus), febriculosus (r. febricosus), gibberosus, obliuiosus, podagrosus, uaricosus, uertiginosus, ueternosus, scabiosus, rec. leprosus, — impetiginosus Dig., petiginosus Th. Prisc., porriginosus Pl. Val., pruriginosus —, stranguriosus Marc. Emp., tussiculosus C. Aur. — 19) V. Aur. 2, 1 *quod multa incuriose, multa breuiter prodidisset.* Incuriosus magis est recentiorum (Tac. freq.), habet tamen Sall. Hist. IV, 65, et adu. Liu. — 20) C. Ver. 2, 6 *nec ingeniosus ad literas*, Sp. Car. 1, 3.. — 21) V. Sat. 7, 4, ib. 8, 5, adu. L. Al. 59, 8. — 22) C. Gord. 24, 3 adu. superl. — 23) V. Prob. 10, 6.. — 24) L. Comm. 1, 7, V. Proc. 12, 8.. — 25) C. Gord. 18, 4, Alb. 10, 1... — 26) C. Alb. l. l., L. Al. 66, 2. — 27) Sp. Hadr. 11, 3, L Al. 29, 5. Notione quae —osus finitis inest abundantiae prona in nimietatem factum est, ut nonnunquam et *a)* talia in —osus, quae per se sunt ambigua, in deterius soleant accipi, ut ominosus q. mali ominis (ut etiam L. Diad. 5, 3), saepius famosus q. male famatus (not. 9), cf. Gell. IV, 9, — et speciatim *b)* complura hoc potissimum significent, qua parte sui aliquid immodice se habeat, ut morosus (i. moris sui male pertinax), cerebrosus, gulosus, linguosus Petron. postt., superciliosus, ceruicosus eccl., frontosus Aug. serm., — ideoque uel in morbum delabatur, ut lienosus Plaut. (milzsüchtig), iliosus Plin., gambosus Veg. u., iecorosus C. Aur. Sid. s. iecinerosus Marc. Emp. — 28) C. Alb. 11, 6, Sp. Car. 9, 3, V. Aur. 12, 4. —

rosus[29], otiosus[30], periculosus[31], perniciosus[32], pilosus[33], podagrosus[34], pretiosus[35], probrosus[36], prodigiosus[37], religiosus[38], seditiosus[39], siluosus[40], spatiosus[41], speciosus, studiosus[42], sumptuosus[43], suspiciosus[44], uentosus[45], uerbosus[46], uillosus, uitiosus[47].

---

29) V. Aur. 33, 2 *currus Odenati argento auro gemmis operosus atque distinctus, alter.. ipse quoque pari opere fabricatus* (u. not. 7 ex.). Cf. operositas V. Tac. 11, 3, — Ouid. M. XV, 667 *templa operosa dei*, I, 258, artificiosus de operibus artis dictum ap. Cic. — 30) Sp. Hadr. 11, 1. 2, V. Prob. 9, 2, ib. 20, 2. — 31) C. Max. Balb. 2, 8. — 32) L. Comm. 10, 4. — 33) V. Firm. 4, 1. — 34) Cf. cnephosus P. Diac., rec. acediosus, pomposus, scandalosus, stigmosus. — 35) L. Comm. 11, 1, odores Hel. 29, 8,.. — 36) L. Hel. 18, 2.. — 37) Quanquam et 'prodigiosus' et similia (ominosus, monstruosus, portentosus) rectius ita accipias, ut res dicatur proprie, non quae similis sit prodigio.., sed quae prodigium habeat, praeferat, afferat, — negari tamen nequit, quin, ut graecum inclinamentum — ώδης, quod similationis proprie est (γυναικώδης), interdum ad copiae significationem (ἰχθυώδης Herod., ἰλυώδης, all.), ita latinum —osus in uicem ad similationis potestatem declinauerit: εἵματα θυώδεα Naeuius citrosam uestem interpretatus erat (Macr. Sat. III, 19, 5), itemque graeca, ut credo, interpretati Terentius Hec. 441 cadauerosa facie dixit, globosus (σφαιροειδής) Pacuuius (post hunc Cic. all.). Plura huiusmodi post Augustum cum apud alios tum apud Plinium leguntur, ut buxosus Plin., fluctuosus id., fungosus Col. Plin., furfurosus Plin., glomerosus Col., lignosus Plin. C. Aur. VII, 3, 69, marmorosus Plin., myrtuosus Plin. C. Aur. VII, 3, 69, marmorosus Plin., pumicosus id., saliuosus id., spongiosus Cels. Plin., uacerrosus August. ap. Suet., uinosus Plin. XII, 27, 47 *saporis uinosi*, — recc. barosus gl. (q. stupidus), colubrosus, culmosus Sid., farinosus Veg. uet. II, 30, 1, medicosus C. Aur. e. c. II, 29, 158 *medicosa quae Graeci* φαρμακώδη *appellant*, mellosus C. Aur. II, 29, 151 m. *dulcedo*, miraculose Ps. Cass., mortuosus C. Aur. 1, 3, 38 *quibusdam mortuosus uultus* (νεκρώδης), *aliis cum collo subinflatus*, panosus C. Aur. tofosus Sid., alia (ut ab adi. inclinata inuenies in n. 7). — 38) V. Tac. 1, 1, L. Al. 66, 2 *r. amicos*, C. Maxim. 24, 6 *loca r.*,.. adu. C. Ant. P. 1, 9. — 39) C. Ant. Ph. 25, 10, sup. V. Sat. 8, 5,.. — 40) V. Aur. 48, 2 *agri fertiles ac siluosi*. — 41) Sp. Seu. 4, 5 *hortos*. — 42) Sp. Hadr. 2, 1.., † adu. q. consulto, de industria Tr. Gall. 19, 8 *quaedam studiose praetermisi ne eius posteri.. laederentur*, xxx, 31, 7, L. Hel. 3, 3. — 43) V. Tac. 19, 6. — 44) L. Al. 64, 3. — 45) V. Sat. 7, 4. — 46) V. Firm. 1, 2 *homo uerbosissimus*, Aur. 12, 4. — 47) Sp. Hadr. 11, 7. — Alia plura, quae ad —osus finitorum uel ficturam uel sensuum uarietatem pertinent notatu sane digna explicationisque forsitan adhuc indigua, non tamen attrectare nos sinit operis lex, quae intra orbem usu scriptorum hist. Aug. descriptum nos cogat consistere. Contigerat mihi in —osus desinentia adiectiua (uariantibus formis, ut saxuosus pro saxosus, fere non annumeratis, om-

**—alis, —aris***): *accubitalis*, *admissionalis*, aequalis[1], Ambarualia[2]. † animal[3], annales[4], brachialis[5], capitalis[6], *censualis*, comitialis[7], contubernalis[8], conuiualis, *decen-*

nibus quocunque modo dubiis, ut rigorosus Sen, summotis) colligere quingenta octoginta, — quorum ducenta uiginti unum (c. 38$^1/_6$ %) recentior (i. e. posthadriana) suppeditauerat Latinitas. Impendio plura nunc uideo Mahne Miscell. Latinitatis p. 80—92 suum in indicem adiectiuorum quae desinunt in —osus contulisse. Qui cum nonnulla habeat a me siue consulto siue negligenter praetermissa (ipse tamen alia in medio posita omiserit), cum omnes uariantes formas (adeo e. c. r$\overset{u}{o}$biginosus, $\overset{cc}{s}$ucosus) singulas uocauerit in censum, incertissima quaeque ac mera barbara (ueluti dubingeniosus, lactigulosus) admiserit, uerum etiam immane quam multa noua ac nullidum regesta undecunque corraserit, confecit in summa septingenta quadraginta quatuor. Hac tamen ex affluentia defectus meos resarcire, si uacaret, non potui, quia quo qualique e fonte quaeque hauserit uir doctus non indicauit, summatim praefatus de quibusdam, quae excusserit, glossariis Lugdunensibus nondum editis.

*) Post Pott Etym. Forsch. ed. 1 t. II p. 96—98 nunc iam constat inter philologos, iamque nemo non artigraphorum discipulos docet, —alis et —aris non esse duas ac diuersas terminationes, sed unam eandemque, — quae in plerisque est —alis, sed, quoties *l* praesonante (in syllaba praecedente) *l* terminationis dissimilatur in r, fit —aris. Verae exceptiones sunt, quod Plaut. Rud. 135 scribitur 'extaris', cum tamen alii scriptores habeant 'extalis', — quodque ap. Coel. Aur. 'palealis' legitur, cum alibi rectius 'palearis' legatur. Etiam remotior a fine l uim suam dissimilatoriam exercere potest soletque, ut in: palmaris, doliaris, alearis, coelibaris, disciplinaris, — attamen nonnunquam omittit, ut in: glacialis, fluuialis, pluuialis, letalis, palatualis, plumalis, Latialis (sedetiam Latiaris), praesertim intercedente r in penultima, ut in: floralis, flabralis, sepulcralis all. Ceterum ratio illa aliquatenus etiam ad congenera adiectiua in —īlis et — ēlis pertinere uidetur: sane ap. Catonem legitur molile, et uulgo loquebantur Palilia, sed pro hoc tamen aliqui non quidem Paliria, at, per metathesin, Parilia dixere, et a fala inclinatum est falaris (falere Varro).

1) C. Gord. 30, 4.. — 2) V. Aur. 20, 3. — 3) Animalia tunc dici solitum per synecdochen pro equi (ut apud Graecos modernos ἄλογον = equus), his ex locis intelligitur: C. Maxim. 25, 2 *tanto impetu mutatis animalibus cucurrit* (h. e. equis publici cursus), V. Aur. 7, 7 *capitum animalis non uendat* (miles), Prob. 8, 3, L. Hel. 16, 1. Sic in C. Theod. aliquoties animalia pro equis, ut VIII, 1, 9, et frequenter speciatim pro equis cursualibus s. publici cursus, ut VIII, 5, 23 et 24 al., XI, 10, 1 *animalia*, VIII, 5, 2 et 10 *animalia publica*, ib. l. 8 pr. *animalia publici cursus*. Sed etiam pro bubus animalia dicebant specialiter, ut L. Al. 58, 5. — 4) V. Aur. 17, 1.. — 5) Val ap. Tr. Cl. 14, 5 abs. *brachialem unam*, Aur. ap. V. Aur. 7, 7 *torquem brachialem anulum adponat*. — 6) Tr. xxx, 10, 3 *iocos*, Sp. Hadr. 17, 1.., capital V. Tac. 9, 3. — 7) V. Tac. 7, 2 *tribunal*. — 8) s. Sp. Seu. 2, 6, C. Alb. 14, 1.. —

*nalis*, diualis, dorsualis, *ducalis*, *expeditionalis*, fatalis[9], feralis, fiscalis, genialis[10], genitalis[11], *grammaticaliter*, hiemalis[12], illiberalis[13], immortalis[14], *imperialis*, initialis *neutr. plur. s.*, iudicialis[15], iuuenalis, *largitionalis*, *lectualis*, legalis, liberalis[16], libralis, *magistralis*, matronalis[17], *mensalis*, mortalis[18], muralis[19], natalis[20], naturalis[21], naualis[22], niualis[23], nouercalis, *octominutalis*, *officialis*, orientalis[24], *ostensionalis*, parricidalis et parricidialis, penetralis[25], pluuialis[26], *pompalis*, *praesidalis* et *praesidialis*, prouincialis[27], quinquennalis[28], rationalis, regalis[29], *rotalis*, sacerdotalis, sacrificalis, septentrionalis[30], *seuiralis*, socialis[31], sodalis[32], specialis, sponsalis[33], *subarmalis*, theatralis[34], toral[35], tribunal[36], triumphalis[37], uectigalis[38], uenalis[39], *uictorialis*, uitalis[40], uncialis, uo-

---

9) V. Aur. 19, 3 *fatalia iussa* (i. Sibyllae decreta s. 4), 4, 3 *scire fatalia*, Tr. xxx, 31, 4.. — 10) L. Al. 13, 2 *lectus*. — 11) V. Aur. 3, 2 *solum*. — 12) Sp. Seu, 16, 1 *tempore h.*, V. Aur. 45, 2 *thermae h.*, Valer. ib. 11, 6 subst. *hiemalia* (pro: hiberna). — 13) C. Pert. 12, 2.. — 14) L. Al. 17, 4 *di..*, C. Maxim. 9, 3. — 15) V. Aur. 1, 1 *carpentum*. — 16) C. Macr. 13 ex. *studia l.,..* C. Ant. Ph. 9, 8 *causam liberalem dicere*. — 17) L. Hel. 4, 3 *conuentus*, ib. s. 4 *leges*, Tr. xxx, 14, 4 *paenula*. — 18) Tr. Gall. 17, 1.. — 19) Sp. Hadr. 12, 6 *in modum muralis saepis*, V. Aur. 13, 3 *corona*. — 20) s. Sp. Geta 3, 8, L. Diad. 5, 4.. — 21) C. Ver. 1, 6 *pater*, Maxim. 20, 1.. — 22) L. Hel. 20, 1.. — 23) V. Car. 17, 4 *frigidariis semper niualibus*. — 24) C. Alb. 13, 6 *populi,..* — 25) L. Hel. 6, 7 *sacrum*, 7, 2 *penetrale* subst. — 26) L. Alex. 27, 4 *uestimentum*. — 27) Sp. Hadr. 11, 1 *reditus*, subst. C. Ant. P. 4, 10, Sp. Pesc. 3, 2, L. Al. 50, 2... — 28) adi. Sp. Hadr. 27, 3 *certamen*. — 29) C. Ant. P. 9, 7 *causas r. terminauit*, Maxim. 14, 4 *pompa r...* — 30) C. Maximin. 13, 3 *partes*. — 31) V. Car. 3, 1. — 32) L. Al. 63, 4 *sodales.. Alexandriani appellati,..* — 33) C. Ant. Ph. 6, 2 subst. *sponsalia*. — 34) L. Al. 44, 6 *spectacula*, V. Car. 20, 2 *ludi*. — 25) L. Hel. 19, 1 *toros aureis toralibus texit* (Varro, Hor., Petr., cf. Non. p. 6 sq.). — 36) V. Tac. 7, 2. 3.. — 37) C. Ant. Ph. 16, 2, Macr. 6, 8, L. Comm. 15, 8.. — 38) L. Al. 41 ex. *seruos habuit uectigales*, — s. uectigal C. Ant. P. 10, 8.. — 39) C. Macr. 14, 2 *patre uenali genitus*, L. Al. 29, 4 *amicos.. nunquam uenales..* — 40) s. uitalia u. III, 1.

calis[41]; — alaris, altare[42], articularis, auxiliaris[43], *balnearis*, boletar, cochlear, *codicillaris*, consularis, cubicularis[44], exemplar[45], familiaris, *faselaris*, iocularis[46], lupanar[47], militaris, mularis, peculiaris[48], popularis[49], primipilaris, proconsularis, saliaris[50], salutaris[51], secularis[52], singularis[53], *solearis*, subalaris, tricliniaris[54], *tutelaris*, uallaris[55], uulgaris[56]*).

— 41) L. Al. 34, 2.. *moriones et uocales (et) exsoletos* etc. — 42) Sp. Seu. 21, 9. — 43) V. Aur. 11, 3. — 44) L. Hel. 14, 6 *uelum*, 20, 4 *lectus*. — 45) V. Prob. 12, 2. — 46) Tr. xxx, 10, 7 *astutia*, L. Hel. 11, 6 *iocularia in dominos;* adu. iculariter u. III, 1. — 47) C. Ver. 4, 6.. (adi. lupanaris App.). — 48) C. Max. Balb. 17, 7. — 49) C. Ant. Ph. 15, 1 *ioci*, s. Sp. Pesc. 3, 2.. — 50) C. Ant. Ph. 21, 5 *carmine*. — 51) V. Aur. 35, 3 *leges*, Prob. 20, 3 (syn. felix), Sp. Car. 1, 3 (ad aliqd.), Tr. Gall. 5, 5 *Ioui Salutari*, xxx, 8, 5 *digito salutari* i. e. indice (Suet., M. Cap.). — 52) C. Gord. 33, 1. 3 *ludi*. — 53) Tr. xxx, 23, 2... — 54) L. Hel. 20, 4 *lectus*. — 55) V. Aur. 13, 3 et Prob. 5, 1 *corona*. — 56) C. Macr. 14, 4...

*) Vix ullius deriuatiuorum generis feracior fuit posterior linguae aetas, quam horum in —*alis* (—*aris*) et confinium his in —*arius*. Omnino in —*alis* (—*aris*) desinentia e recentioribus fontibus collecta habeo amplius trecenta. Quo in numero sunt apud nostros inuenta primos in —alis 21, in —aris 5 (9 %). Praeter haec non illi quidem primi, sed recentiora habent in —alis 13, in —aris 8. In omni summa uidistis apud eosdem legi (nisi quae me praeterierunt) in —alis 79, in —aris 31, inque his 110 recentiora sunt 47 (42⅔ %). Quam laetus autem fuerit, ut dixi, huius potissimum inclinamenti posteriore aetate prouentus, hoc forsitan euidentius fiat exemplo: e ueteris latinitatis — h. e. priscae, aureae, argenteae — monumentis d, e, f, i, p, r literis incipientia enotando inueni in —alis 78, in —aris 20 (quo in numero octo apud Petron., Plin., Quintil. primos), — contra e recentiore lexicis accessisse repperi talia in —alis 113, in —aris 18, h. e. 58,3 %. Et meminerit lector, haec pleraque fuisse uere popularia ac uitalia, cum recentiora figmenta in —io, —tas h. g. all. magnam partem fuerint argutiorum hominum, ut Tertulliani, Boethii, conamina umbratica. — Adiectiua in —alis (—aris) constat pleraque omnia ac rite inclinari a nominibus substantiuis (in 110 apud nostros 92, ut mihi uidentur). Notatu dignum esse uidetur, affigurata esse talia interdum etiam a substantiuis uerbalibus abstractis (in —io, —us, —ura..), apud recentiores maxime; saltim sub literis d, e, f, i, p, r antiquius tale repperi nullum, nisi forte 'rationalis'. Exempla haec habeto: auctionalis, cautionalis, cognitionalis, conceptionalis Firm. m., condicionalis, indictionalis, obsidionalis, orationalis Prisc., percussionalis, rogationalis, admissionalis, expeditionalis, largitionalis, ostensionalis; commiss*ur*alis, flaturalis, mensuralis Grom., parturia-

lis Cass. *ouum*, (nostri, sed antiquum, naturalis); ac*tu*alis, cursualis, intellectualis App., partualis, procinctualis Cass., sensualis, uisualis, usualis, censualis, — commeatalis, spiritalis, ¿natalis, uenalis (ad uenum pertinens). Sed nonnunquam inclinata inueniuntur in —alis (—aris) etiam ab adiectiuis, regulariter quidem ac plerumque ab adiectiuis specie, potestate tamen iam substantiuis (ut a diui h. e. dei diualis, ut plurale est quod plures s. personas s. res significatione complectitur, ad plur*es* pertinet, non ad notionem τοῦ plus), — quaedam tamen et in his antiquitus usitata, ut aequalis, reapse ut uidentur ab attributiuis. Crebrescunt sane deriuata a formis adiectiuis apud recentiores demum, ut aestiualis Hyg., inscr., hibernalis Vulg. (hibernum = hiems Min. Fel. 34, 11, C. Aur. VI, 1, 2, unde inuerno, hiuer), diurnalis gl. (diurnum = dies C. Aur. II, 39, 228, unde giorno etc.), nocturnalis Sidon., aeternalis Tert. inscrr. (éternel), perpetualis Quint., uniuersalis Quint. Plin. ep., medialis Solin., duplaris Veg. m. Macr., amicalis ICti (affectio, transactio), inimicalis Sid., porro: acutalis Grom., albaris inscr. *opus* (Plin. albarium), communalis Grom., dextralis Isid., gl. Vat. (dextrale Cypr.), ethnicalis eccl., graecalis Grom., infernalis Prud. Alcim., minutalis Tert. Hier. (octominutalis, — s. minutal iam antea), noxialis Prud., occidualis id., praesentalis C. Iust. *milites* (praesentarius uett.), — decennalis (a decennis uel potius s. decennia). Porro nonnunquam, sicut congenera in —arius ab aduerbiis, ut contrarius (contra), extrarius all., uel ab aduerbiali dictione (praep. c. casu nom.), ut e. c. extraordinarius (extra ordinem), — sic ex aduerbiali dictione etiam in —alis confiebant adiectiua, ita ut e. c. quod ex tempore fieret extemporale (Quint. all.) diceretur, cuiusmodi complura exstant apud recentiores, ut antemurale Hier., Vulg., anteaedificalis Dict., antemeridialis M. Cap., extranaturalis Tert., promurale Isid., subocularis Veg. u., — subalaris, subarmalis. Denique etiam a uerbis deriuata exstant haud pauca et partim antiqua cum in —arius (de quibus u. infra) tum in —alis desinentia, significatus quoque genere ceteris discrepantia atque assimilia fere uerbalibus in —iuus uel —ilis. Inclinata sunt haec partim a part. praet., ut peremptalis pr., caesalis Grom., partim a praesentali, si licet ita loqui, etymo uerbi, ut manalis pr. (sacrificalis a sacrificando? non suffragante quidem sensu). Cuius generis porro specimina indidi haec, ad significantiae differentiam aut actiualis aut passiuae digesta: significatione actiuali denicalis P. Diac. *denicales feriae cum hominis mortui causa familia purgabatur* (a ¿denicare), penetralis Lucr., cf. Prisc. Inst. IV, 24 (penetrabilis Verg. all.; — penetralis, quod post all. Lampridius habet, aliud est, homonymum illi non uerbale), ruminalis Plin., genitalis (genitabilis), cf. et incl-lis; — significatione passiua intercalaris (intercalarius), noualis, r. anticipalis Agg. Vrb. p. 64 al., subiugalis Prud. Similia sunt hisce uerbalibus etsi non figura, at sensu exitialis Cic. all. (cf. exitiabilis), feralis. — Quam frequens sit apud nostros formarum in —alis (—aris) pro substantiuis usurpatio, ipse uiderit lector. Cum enim ueteribus forma confinis in —arius magis quam breuior accommoda uideretur ad usum substantiualem (u. p. 37* not.), recentiores tantum non aeque frequenter etiam —alis (—aris) finitas uel masculinas substantiuorum potestate induere assueuerant, ita speciatim ut homines officium aliquod administrantes significarentur. Quod genus sunt decurialis, ministerialis, quinquennalis, responsalis, scholaris, testimonialis, apud nostros noue admissionalis, censualis, largitionalis, officialis, rationalis. — Abusioni uidentur indulsisse, si qui formas in

**—elis** (—ilis, —ulis): crudelis[1], fidelis[2], mantele[3], patruelis[4], *mantuelis*[5] (aedilis, ancile[6], anilis[7], ciuilis[8], fabrilis[9], gentilis[10], hastil'e, hostilis[11], inciuilis, librilis[12], monile[13], Parilia[14], puerilis[15], sedile[16], senilis[17], seruilis[18], uirilis[19]; currulis, curulis[20], edulis[21]).

**—arius:** actuarius s.*), aduersarius s.[1], aerarium s.[2], agrarius[3], alimentarius, annarius, *annonarius*, *apenarius* s., aquarius (s)[4], *arcarius* s., arenarius s., argentarius s.[5], armarium s.[6], auiarium s.[7], auxiliarius[8], bellaria s.[9], beneficiarius s.[10], *binarius*, *bracarius* s., *caldaria* s., caligarius s., *cancellarius* s., carpen-

---

—alis sensu materiali usurpauere, ut sebalis Amm. *fax*, tiliaris C. Aur. *tabula*, quae abusio a nostris uidetur esse aliena. — Cf. not. ad 'arius'.

1) C. Ant. P. 7, 7, V. Car. 15, 6.. — 2) Tr. xxx, 12, 16.. — 3) Tr. Gall. 16, 3 *mantelibus aureis semper strauit*, V. Aur. 12, 1 *mantelia Cypria paria duo*.. Cf. Is. Or. XIX, 26. — 4) Sp. Car. 3, 6 *fratrem*, abs. C. Ver. 9, 2. — 5) Cf. eiusdem figurae carduelis, r. fratruelis, matruelis; falere (u. p. 30* ann. ad '—alis, —aris') — 6) L. Hel. 3, 4. — 7) C. Alb. 12, 12 *neniis quibusdam anilibus occupatus*, Max. Balb. 1, 3 *prope aniles res tractamus in curia*. — 8) C. Ant. P. 13, 4 et pass. — 9) Tr. xxx, 8, 6 *officina*. — 10) L. Hel. 8, 2 *ad ritum gentilem suum*, cf. Amm. XXIII, 6, 38. — 11) C. Ant. P. 13, 4.. — 12) V. Bonos. 15, 8. — 13) L. Alex. 41, 2. — 14) V. Tac. 9, 5. — 15) L. Comm. 2, 1... — 16) Cf. cubile, edulis, quae uerbalia esse putantur. — 17) L. Al. 37, 4.. — 18) C. Macr. 4, 3.. — 19) L. Comm. 12, 3, V. Aur. 12, 1.., uirilior L. Hel. 8, 7, s. uirilia L. Hel. 31, 7. — Nonnulla etiam in —ilis recentioris sunt originis uel certe auctoritatis, ut gradilis Amm. C. Theod., infantilis Iust. App. Dig., ingenuilis inscr., pestilis Arn. (pestibilis C. Iust.), pontilis Veg. u., signilis M. Cap. — 20) V. Tac. 1, 5 *magistratus*, L. Hel. 6, 3 *certamen*. — 21) neutr. subst. Sp. Geta 5, 8 *genera edulium*, L. Hel. 27, 3. 4 *edulibus*. — Cf. idulis pr., pedulis Dig. (s. pedule Fronto), tribulis, contribulis.

*) Iis quae substantiua tantum sunt apud hos scriptores s aspersi, eandem in uncis iis quae et substantiue et adiectiue usurpantur.

1) Sp. Iul. 6, 6, C. Maxim. 6, 7. — 2) C. Ant. Ph. 9, 7.. — 3) C. Pert. 9, 5. — 4) L. Hel. 24, 5 *rota*, C. Max. Balb. 10, 6 *fistulae*; s. Tr. Cl. 14, 11. — 5) L. Al. 24, 5. — 6) V. Tac. 8, 1. — 7) L. Al. 41, 7. — 8) Vulc. Cass. 4, 6 *manus*. — 9) L. Hel. 8, 3. — 10) Sp. Hadr. 2, 6; — P. Diac., Caes., Plin. ep. X, 21. —

tarius (s), *casuarius*, *cataphractarius* (s), cellarium s.[11], centenarius[12], cibarium s.[13], classiarius[14], *claustrarius*, *clibanarius* s., *coactiliarius*, congiarium s.[15], consiliarius s.[16], contrarius (s)[17], coronarius[18], cubicularius (s)[19], cuppedinarius s.[20], denarius (s)[21], donarium s.[22], *draconarius* s., dulciarius s., elementarius, emissarius s.[23], *epigrammatarius* s., extraordinarius[24], *fabatarium* s., fenarius, ferrarius[25], formularia s., frigidarium s.[26], frumentarius († s.)[27], gregarius[28], hereditarius[29], imaginarius[30], incendiarius, *itinerarius*, iudiciarius[31], lactarius *(subst.)*, *lararium*, legionarius[32], librarius s.[33], lignarius, literarius, *ludiarius*, lupinarius s., *mansuetarius* s., mensarius s.[34], *mimarius*, momentarius, *monetarius* s., *mulierarius*, munerarius, nauicularius

---

11) L. Hel. 26, 8. — 12) L. Hel. 19, 3 *uasa*, C. Gord. 32, 3 *basilicae*, L. Al. 39, 9 *formae*. — 13) L. Al. 47, 1 pl. — 14) L. Comm. 15, 6 *milites*. -- 15) C. Ant. P. 8, 1 *congiarium populo dedit, militibus donatiuum addidit*, 4, 9 *militibus (ac) populo*, L. Hel. Ver. 3, 3 *datum populo c. causa eius adoptionis*.. (u. ind. ed. Lips.), pl. C. Macr. 5, 3 *ob uestimenta populo congiaria data*. — 16) Sp. Pesc. 7, 6, L. Al. 26, 6 (cl. 31, 2), V. Aur. 44, 3, cf. III, 5 s. u. assessor. — 17) s. C. Maxim. 10, 2, adi. Sp. Ver. 7, 3. — 18) Aurum Sp. Hadr. 6, 5, C. Ant. P. 4, 10, L. Al. 32, s. — 19) s. L. Comm. 6, 3, C. Pert. 4, 5, V. Car. 8, 7.., adi. L. Comm. 5, 5 *inter cubicularios gladiatores pugnauit lucentibus aliquando mucronibus*. — 20) L. Hel. 30, 1; — Terent., App. — 21) s. V. Aur. 9 ex., adi. L. Al. 39, 9 *formas*. -- 22) C. Maxim. 19, 4, V. Aur. 25, 6. – 23) L. Hel. 5, 3. — 24) Sp. Car. 6, 7 *equites*. — 25) Tr. xxx, 8, 1 *faber*, 3 *opifex*, 10 *ars*,.. — 26) V. Car. 17, 4. — 27) adi. C. Ant. Ph. 11, 3 *res*, 7, 8 *perceptio*, L. Hel. 27, 7 *canon*..., subst. Tr. Cl. 17, 1 *cum nuntiatum esset* (Gallieno) *per frumentarios Claudium irasci quod ille mollius uiueret*, Sp. Hadr. 11, 6, C. Macr. 12, 4, Max. Balb. 10, 3, cf. Vict. Caes. 39, 44 *remoto pestilenti frumentariorum genere, quorum nunc agentes rerum* (C. Theod. agentes in rebus) *simillimi sunt*. — 28) Sp. Iul. 8, 8, V. Aur. 46, 5.., *miles*. — 29) L. Al. 10, 4 *iure*, Tr. Cl. 12, 3, V. Tac. 14, 1 al. *imperium*. — 30) C. Pert. 15, 1 *funus imaginarium ei et censorium ductum est* (i. e. imagini eius ductum, cl. Sp. Seu. 7, 8). — 31) C. Ant. Ph. 10, 10 *dies*,.. — 32) C. Macr. 5, 7 (milites). — 33) L. Al. 31, 1 *relegentibus cuncta librariis et his qui scrinium gerebant*. — 34) C. Ant. Ph. 9, 9. —

s.[35], necessarius (s.)[36], nefarius[37], notarius s., octogenarius, operarius s.[38], orarium s., ordinarius (s.)[39], paenularius s.[40], *passarius*, *phalangarius* s., pomarius s.[41], *popinarius* s., praesidiarius (s.), primipilarius s., quartarius s.[42], quinquagenarius[43], retiarius s.[44], rhedarius[45], sacrarium s.[46], sagittarius (s.)[47], *sagmarius* (s.), salarium s.[48], sanguinarius[49], seminarium s.[50], *seplasiarius* s., septenarium s.[51], sexagenarius s.[52], sextarius s.[53], sigillaria pl. s., spoliarium s., tabernarius s.[54], tabularius s., *tenebrarius*, ternarius, tributarius[55], *trientarius*, tumultuarius[56], *uehicularius*, uestiarium s., uexillarius s.[57], uicarius s.[58], uictimarius s.[59], uinarius s.[60], uirdarium s.[61], uitrarius s., uiuarium s.[62], uoluntarius (s.)[63], uoluptarius u.

---

35) V. Aur. 47, 3. — 36) V. Aur. 37, 1 *principi necessario magis quam bono*, Dec. imp. ap. Tr. Cl. 16, 1 (Claudium) *castris senatui et rei p. necessarium*, V. Sat. 9, 5 *necessarium, si non arroganter dicam, res p. uirum perdidit, et sic al.,..;* neutr. pl. subst. L. Al. 42, 4.. — 37) C. Max. Balb. 17, 2. — 38) Tr. xxx, 8, 6. — 39) V. Aur. 13, 1 *consul...*, C. Alb. 11, 6 *centuriones*; abs. V. Bonos. 14, 2 *militauit primum inter ordinarios, deinde inter equites.* — 40) L. Diad. 2, 8; — Naeu., inscr. — 41) L. Hel. 27, 3. — 42) L. Al. 39, 7. — 43) Sp. Hadr. 17, 11 *cohors.* — 44) L. Comm. 12, 11. — 45) C. Max. Balb. 5, 1 *Maximo pater fuit Maximus, unus e plebe, ut nonnulli dicunt faber ferrarius, ut alii rhedarius* [*uehicularius fabricator*]. Nisi forte 'uehicularius' tantum pro gloss. habendum. — 46) C. Ant. Ph. 27, 1 *sacrarium solum ingressus est* (ad 'solum' cf. Salm. ad h. l.), Tr. Cl. 4, 2 *in s. Matris.* — 47) adi. L. Diad. 4, 3 *specie nerui sagittari*, s. C. Maxim. 11, 1, V. Aur. 11, 3.. — 48) Sp. Pesc. 7, 6, C. Alb. 10, 8, L. Al. 42, 3... — 49) C. Macr. 12, 1, V. Aur. 36, 2. — 50) L. Al. 19, 4, V. Prob. 3, 7. — 51) Sp. Geta 2, 1 *de cuius uita in uita Seueri Mar. Maximus primo septenario satis copiose rettulit.* — 52) C. Pert. 4, 8 *factus est sexagenario maior imperator*, — 53) V. Aur. 9, 6.. — 54) L. Hel. 30, 1. — 55) Sp. Seu. 18, 1. — 56) Sp. Iul. 1, 7 *auxiliis prouincialium*, Car. 10, 6 *proeliis..* — 57) V. Prob. 5, 8, Firm. 4, 5. — 58) C. Ant. P. 11, 5, Sp. Iul. 5, 9 *operis*, Tr. xxx, 10, 4 *tribuni*, V. Aur. 7, 5 *ad u. suum*, 10, 3, *uicaria* s. u. I, 1. — 59) L. Comm. 5, 5. — 60) L. Al. 33, 2. — 61) Sp. Hadr. 12, 5, C. Ant. Ph. 6, 9, L. Hel. 23, 8.., Veg. r. m. IV, 7 (antt. uiridarium). — 62) L. Hel. 24, 4. — 63) C. Ant. P. 7, 4 *morte..*, s. Ant. Ph. 21, 6. —

uoluptuarius (s.)[64*].

64) uoluptuarius C. Ver. 2, 9 *fuit u. et nimis laetus*, inscr. Arual., uoluptarius, ut uulgo, V. Cass. 7, 7 abs.

*) Inclinamenta in —*arius* Corssen Beiträge z. latein. Formenlehre p. 336 partim paragoga esse ex —aris, partim tamen originalia atque ex —asius degenerata esse arbitratur. Vtut hoc est, certe haec duo genera, —alis, —aris finita dico et in —arius desinentia, confinia sunt inter se et quasi gemella, congruuntque ut plurimum adiectiua in —arius desinentia significatione usuque cum —alis (—aris) finitis: morbus articularius (Cato) s. articularis (Plin. all.), medicus ocularius (Cels.) s. ocularis (Veg. u.), cella olearia (Cato all.) s. olearis (Pall.), clauus caligarius (Plin.) s. caligaris (id.), uia uicinaria (Grom.) s. uicinalis, mensis intercalarius (Liu.) s. intercalaris (Macr., et. antt.), dignitates codicillariae (C. Th.) s. codicillares (Lampr.), res nauicularia (uett.) s. nauicularis (ICti), cohortes alariae (uulgo) s. alares (Capit., raro antt.), auxiliariae s. auxiliares, hortus uinearius et terra uinealis, subst. statuarius (Sen. Plin. all.) s. statualis (inscr.), responsarius s. responsalis; sic porro synonyma dodrantarius, dodrantalis, — fabarius, fabalis, — iugarius, iugalis, — palmarius, palmaris, — peculiarius (Dig.), peculiaris (uett.), — perpetuarius (Sen.), perpetualis (Quint.), — singularius, singularis, alia multa. — Substantiualis usus formarum in —arius (de quo cf. et Diom. I, p. 326) Corssen l. l. p. 333—35 specimina multa composuit apte per genera sensuum digesta. Quem ad usum hoc inclinamentum procliuius esse linguae antiquitus consuetudine satis constat: u. c. in 92 *p* principiante in —arius substantiualis sunt usus 69 h. e. 75 %, — apud nostros in 122 —arius finitis 64 sunt substantiua tantum, 15 substantiue quoque usurpata, in summa c. 65 %, — sed in iis etiam, quae apud istos attributiue tantum uel praedicatiue posita leguntur, complura insunt, quae alias soleant usurpari substautiue, ut legionarius rhedarius uehicularius all. Enimuero et accommodum magis hoc inclinamentum quam gemellum (—alis) uideatur esse ad usum substantiualem, utpote auctius ac grauius. Etenim et ex —alis et ex —īlis (nec non —ĭlis) finitis adiectiuis haud raro nomina personalia aliaque quaedam substantiua inueniuntur paragogata in —ius, ueluti Vitalius, ¿ Regalius (Regali-anus Tr. xxx, 10), Pluuialia Plin. (nomen insulae, a pluuialis), — Caprīlius (caprile), Hostilius, Seruilius, Venilius (Venus), Opilius (ut opilio ab ¿ opilis = ouilis), Lucilius (¿ lucilis), credo etiam, licet i corripiant poetae, Quintilius, Sextilius, — Caecilius (¿ caecilis a caecando), Tutilius, Vergilius (a uergendo Freund), — muralium Plin. XXI, 104, 176, porcilia subst. inscr. Or. 2270 al. (a porcilis), uenilius adi. Varro (unda, — a ueniendo), edulium subst. C. Pert. 12, 3, Amm., all. (ab edulis, u. supra), peculium, mantelium Varro pro mantele, cf. semestrium Col. pro semestre, illustrius subst. (Hesychius Illustrius) et adi. (illustria dignitas, Ducang. s. u.) all., — adde quod neutr. pl. ab —alis, cum pro substantiuo est, secundam declinationem, quasi ab —alius declinatum sit, amat sequi, ut sponsalia, Saturnalia (etiam sing. paschalium). — Quod in annotatione ad —alis finita de eorum frequenti in recentiore etiam Latinitate prouentu diximus, idem fere dicendum est etiam de —arius finitis. In —arius formas a *d, e, f, i, p, r* incipientes e uetere latinitate 107, e recentioribus monumentis enotatas inueni 110 (50,7 %), — omnino recentioribus tantum

—**tor-ius** (—tric-ius): amatorius[1], a u d i t o r i u m, censorius[2], c o e n a t o r i u s, *deambulatorium*, deuersorium[3], *exsuperatorius*, *fiblatorius*, gladiatorius[4], *gratulatorius*, imperatorius[5], l u s o r i u s, m e r e t r i c i u s[6], meritorium[7], *negotiatorius*, n o t o r i a, praetorius[8], quaestorius[9], †r e p o s t o r i u m[10], senatorius[11], *suppositorius*, tentorius[12], t r a n-

auctoribus cognitas amplius t r e c e n t a s q u i n q u a g i n t a, quo in numero sunt a nostris primis t r i g i n t a, qui praeterea plus minus recentiores usurpauerunt 23. Item originationis plane eadem est ratio (itemque a ratione deflexio) in his atque in —alis finitis. Itaque —arius finita proprie ac legitime inclinari solent a nominibus substantiuis, — suntque etiam in his quaedam deriuata a nominibus abstractis, ut solitarius (soli t a s), proprietarius Dig., — promp*tu*arius, sumptuarius.., — confec*tura*rius inscr. Or. 3672 (340 p. C.). Nonnunquam tamen haec quoque a formis adiectiuis inclinata sunt, ut albarius, b e l l a r i u m, duplicarius, s a c r a r i u m, r. planarius Amm. Cod. Just., automatarius et recentarius inscr., m a n s u e t a r i u s, — ita etiam, ut, quasi paragoga, adiectiui primitiui significationem tantum non referant, ut frequentarius (i. q. frequens P. Diac. p. 93), ferentarius (u. Corssen p. 178), praesentarius, r. plenarius Ennod. Cassiod. all., ¿ mittendarius C. Theod. (al. subscribendarius C. Th. i. qui ad subscribendum adesse debet officialis, referendarius C. Just.). Eodem modo a d u e r b i o r u m sententias referunt in formam a d n o m i n a l e m translatas deriuata quaedam ab aduerbiis, ut a d u e r s a r i u s, c o n t r a r i u s, extrarius, n e c e s s a r i u s, uel a dictionibus aduerbialibus, ut e x t r a o r d i n a r i u s. Denique etiam a u e r b i s inclinata in —ariu s exstant nonnulla (perinde atque in —alis et potestate parili), aut a part. perf. ut fractarius Plin., aut a praes. ut praecidarius M. Vict., — et quidem significatione aut a c t i u a l i a, ut collectarius ICti Symm. Aug., consectarius, ductarius Vitr. (funis), effractarius Sen., mistarius Lucil., n o t a r i u s, pararius (parare) Sen., pedarius (pedare, cf. Gell. III, 18), perpetuarius Sen. Dig. (perpetuare aliquid), refractarius (a ¿ refractare = refragari), rorarii (rorare), statarius, — aut p a s s i u a l i a, ut cruciarius, datarius Plaut. (salus), directarius ICti, e m i s s a r i u s, locatarius (gl. ὁ μισθούμενος i. e. cui locatur), paratarius Apic. (i. q. parabilis), remissarius Cato (uectis), subhastarius C. Theod. (possessiones) all., quibus accedit nouicium apud nostros *p a s s a r i u s* (p. ficus, sicut ap. Plaut. all. dicitur uua passa).

1) C. Maxim. 29, 10 — 2) C. Pert. 15, 1, — Max. Balb. 6, 5 *eius censoriam praefecturam,..* — 3) L. Al. 54, 4. — 4) L. Comm. 4, 10 et passim. — 5) Sp. Seu. 14, 3 *insignia..* — 6) L. Hel. 2, 1.. — 7) I, 1 s. u. — 8) C. Pert. 2, 6 *praetorium eum fecit,..* — 9) C. Maxim. 23, 3. — 10) q. conditorium quoddam rerum pretiosarum. Cf. II, 4. — 11) C. Ant. Ph. 11, 2.. — 12) adi. *sine exemplo* Tr. Cl. 14, 3 *pellium tentoriarum;* — subst. tentorium Sp. Seu. 6, 1, L. Al. 47, 2, ib. 51, 5.. (B. Gall. VIII, Liu., Verg. all.). —

sitorius, uenatorius[13], uiatorius*)**).

13) V. Tac. 6, 2, Tr. xxx, 15, 7; Nep., Suet., Plin. ep., Dig.

*) Inter adiectiua denominatiua in —ius eminent frequenti in posteriore Latinitate usu haec, quae a nominibus uerbalibus agentiuis in —(t)or (s) inclinata sunt in —or-ius (quemadmodum a feminina forma —trix in —tricius, pauca quidem ut meretricius, nutricius, obstetricius). Nempe non alia ratione praetor-ius, praeductorius a praetor, praeductor, atque ab aliis nominibus subst. personalibus affigurata sunt in —ius e. c. reg-ius, pontificius, — flamin-ius, — augur-ius, — Mart-ius, Dianius, Saturnius, Commodius all., — ab —o, onis in —on-ius: caupon-ius, lanionius, lenonius, mangonium Plin., praeconius, praedonius Vlp., — denique etiam ab aliis nominum generibus in —or soror-ius, uxorius (Arborius, adoria). Ceterum cf. Corssen krit. Nachtr. z. lat. Formenl. p. 82. Sed illa figura in —torius rarior apud ueteres, increbrescens inde ab aeuo Augusteo ad ingentem quandam posteriore aetate excreuit copiam. Nimirum d e f i p r principiantibus in —orius antiquiora Augusto quatuordecim inueni — ut dictatorius, imperatorius, praetorius, — damnatorius, declamatorius, desultorius, piscatorius, praedatorius all., cf. Reisig Gramm. Lat. p. 159 sq. —, quibus quindecim accessere apud primi p. C. seculi scriptores inuenta — ut e. c. Plinii sunt dormitorius, excalfactorius (et concalfactorius), excussorius, extractorius, exulceratorius, potorius —, iam uero ex aeneae Latinitatis monumentis collecta centum sedecim. Quae cum uniuersa indere et longum sit et uix utile, pro specimine sit, initiante d sex cum inuenerim in —orius antiquiora Augusto, aeneam suppeditasse literaturam haec duo et uiginti: deambulatorium Capitol., — deceptorius, decursorius (et cursorius rec.), deductorius, defensorius, delatorius et dilatorius (et relatoria r.), delenitorius, demonstratorius, deportatorius (et portatorius r.), deprecatorius (et precatorius r.), derisorius, deriuatorius, desolatorius, directorius C. Th., discretorium C. Aur., dispensatorius, disputatorius Ambr. Sid. (et putatorius r.), dolatorium, — delegatorius C. Th. (non item regulare 'legatorius', quod C. Att. XV, 9, 1 male editur, etiam L. Al. 24, 1, sed ex coni. Salm.), delusorius (lusorius iam Plin.). In omni summa recentiora in —orius adhuc collegi c. 200, sed poteram plura. Quae seges sane etiam irrationaliter efficta quaedam fudit, ut consistorium Tert. Aus. Amm. C. Theod. inscrr., praefect-orius Dig. (non praefector-ius, est enim i. q. ex praefecto), puellatorius Solin. 5, 19 *tibiae* (sed codd. optt. *puellarias*); — alia insolentius saltim affigurata, ut hauritorium, exhauritorius gl. (hauritus App., hauriturus Iuuenc.), fertorius C. Aur., offertorium Isid. (cf. offertor Commod., infertor gl. Philox.). Item significatu irrationalia, ueluti ager occupatorius Grom. (q. occupaticius), animalia occisoria Tert., digestorius (pro: digestiuus) Marc. Emp. *embamma*, — adde subst. usurpata in —orium simili fore significatione atque assolent substantiua in —arium, — ut requietorium inscr. (syn. ossuarium), repertorium Dig., traiectorium Pl. Valer. Talia tamen apud nostros (remoto illo 'legatorius') uixdum reppereris, nisi forte minus placet 'suppositorius', — qui praeter nouicia illa sex, quae in laterculo forma literarum uides discriminata, noue habent ut substantiua lusoria, lusorium, meritorium, ut adiectiuum tentorius, — significatu denique noue repostorium.

—**iuus**: adoptiuus[1], aestiuus[2], captiuus[3], donatiuum, festiuus[4], fugitiuus[5], intempestiuus[6], lasciuus[7], praerogatiua, statiuae[8], subditiuus[9], † uotiuus[10], *uacantiuus* *).

---

**) Cetera in —*ius*, quae quidem unde deriuata sint appareat, ad marginem adscripsi: abstemius C. Macr. 13, 5, auia, egregius, familia, industrius Sp. Seu. 18, 4 *ad erigendos industrios iudicii singularis*, innoxius C. Ant. Ph. 15, 5, laticlauia L. Al. 21, 4, *luscinius*, Martius, modius, patrius, pontificius C. Macr. 7, 2 *scriba*, regius, serius, sublicius C. Ant. P. 8, 2, uarius, uenerius Sp. Pesc. 6, 6 *res*, *uniuirius*, uxorius; dubius, ¿ propitius C. Ant. Ph. 18, 3; colonia, eximius Sp. Car. 9, 4 *thermas*, hostia, ludius Tr. Cl. 5, 5, pluuia. Cf. inferius subst. in —ium et abstr. in —ia. Talia uidelicet, qualia sunt caesius, curia, ebrius (sobrius), medius, proprius, socius regerenda non erant, nedum nimi-us, conscius, internunci-us, pius.

1) Sp. Seu. 21, 3, nomen Geta 2, 3. — 2) L. Hel. 19, 2 *conuiuia*, s. C. Ant. Ph. 26, 8 *in aestiuis*, V. Aur. 11, 6. — 3) V. Aur. 10, 2. — 4) L. Hel. 11, 6 *in uindemiarum festiuo*, — noue ut subst. — 5) † q. fugax V. Prob. 8, 3 *fugitiuo militi potius quam forti hic equus conuenit.* — 6) adu. C. Ant. Ph. 15, 6. — 7) Sp. Hadr. 14, 11. — 8) L. Al. 45, 2. — 9) L. Al. 5, 3; — Pl. Amph. 828, all. — 10) q. optabile uel ad uotum, ad uoluntatem Tr. Gall. 3, 9 *uotiuum ille fuisse quod imminentem ceruicibus suis grauitatem patriam non haberet;* — sic App., postt., cf. uotum est Cels., ut VI, 6, 12 'sub his oculus plerumque rumpitur, uotumque est ut tantum exulceretur', III, 4, 4.

*) Adiectiua uerbalia in —*iuus* a participiis pleraque sunt inclinata, et longe maximam quidem partem a part. perf., uidenturque haec, aeque ac uerbalia in —icius, nihil aliud proprie esse quam participia, ut sic dixerim, adiectiuata: nempe adscriptiuus — ita plane ut adscripticius — est is qui est adscriptus, mi-litesque adscriptiui (Pl. Menaechm. 184, cf. Varr. L. L. VII, 56) s. adscripticii (Tr. xxx, 18, 11, cf. P. Diac. s. u.) sunt adscripti ad militiam, supplendis legionum ordinibus, interim uacantes et inermes. Exempla antiquioris usus sunt: additiuus Plaut., abortiuum Plin., adoptiuus et optiuus, captiuus, collatiuus (collaticius), collectiuus Sen. *humor* (collecticius exercitus Cic.), donatiuum, fugitiuus, indictiuus (funus) Paul. D. Varro, insitiuus (liberi, pira)!, impetratiuus et oblatiuus (auguria), natiuus, strictiuus (oleae, opp. caducae Cato r. r. 146), subditiuus, tortiuus Cato (fatuus, ut et L. Comm. 4, 3..); — rec. insertiuus, putatiuus eccl., subreptiuus C. Theod., alia. Complura tamen in —iuus significantiae modo sun non perfectiua, sed praesentanea, significantque actum durantem, h. e. quid subiectum aliquod agat, agere soleat, uel quo idem afficiatur, affici soleat, ut statiuus (aquae Varro, castra), incentiuus, succentiuus, praerogatiuus, r. indignatiuus Tert., stillatiuus, — et talia quidem nonnunquam usque adeo sunt praesentanea, ut formam etiam uerbi referant duratiuam, a part. praes. inclinata, ut absentiuus Petr. (i. e. absentans), aliaque recentiorum maxime, ut concupiscentiuus et distantiuus Tert., continentiuus et instantiuus Boeth., insequentiuus inscr., quemadmodum etiam — uocabulo, quod sciam, solitario — uacantiuus apud Lampr. nostrum

dicitur miles adscriptus u. adscripticius, quem Treb. dixit uacantem. Sunt praeterea etiam ab ipso uerbi etymo deriuata et in —iuus, ut seciuus Fest., intergeriuus Plin., concupiscitiuus et irascitiuus Hier., et plura sane in —uus (ut pro exemplis sint ea potissimum quae apud nostros occurrunt: conspicuus C. Maxim. 2, 2; 3, 2. 6 et saepissime, prospicuus, perspicuus, — praecipuus C. Ver. 8, 7, Sp. Pesc. 6, 10.., excipuus, — mutuus, ut L. Al. 41, 4, — ingenuus L. Al. 23, 3..), — sed etiam utrouis inclinata quaedam, ut uaciuus Plaut. Ter. et uacuus (.. C. Pert. 5, 7 ..), — nociuus Phaedr. Plin. et nocuus Ou., innocuus, — cadiuus, recidiuus et reciduus Tert. gloss., deciduus, occiduus, prociduus, succiduus. Exstant denique etiam a uocum formis non proprie aut omnino non uerbalibus inclinata in —iuus (uel —uus), ut aestiuus, tempestiuus, sementiuus, arbustiuus, festiuus, lasciuus (laxus), — annuus (.. L. Hel. 26, 8 ..), menstruus (.. Tr. xxx, 30, 12), patruus (ut et L. Comm. 1, 2), strenuus (ut et Tr. xxx, 8, 3, — strena sabin. q. sanitas Symm., Doederlein Lat. Synonym. VI, p. 351), perpetuus (ut et L. Hel. 6, 6), propinquus (.. L. Diad. 5, 5 et saep.), — primitiuus uett., spontiuus Solin. 2, 36, comitiuus Veg. r. m. *dignitas*, C. Theod. *sedes*. Et haec quidem de figura; quod autem porro ad sensus attinet figurae in —iuus uerbalis, multorum profecto in —iuus, imo partis longe numerosissimae uis ac potestas non est ita, ut initio diximus, pure ac simpliciter participialis, sed ea tamen, quam possis e participiali ut primitiua repetere ac deriuare. Nimirum per ipsam, quam uerbalis sententia induit, formam nominalem, utpote natura sua non tam actus singuli significatiuam, quam qualitatis uel potius habitudinis cuiusdam (quam ἕξιν Graeci appellant) ex actu consectaneae aut actum ex se editurae, — ui formae, inquam, effectum esse potest ut —iuus finita — ita ut uidemus — idoneum, pronum, destinatum ad actum, quem primitiuum demonstrat, significarent: sic admissiuae aues sunt iam non quae admissae sunt uel quae admitti solent, sed idoneae ad admittendum id de quo quaeritur, — casus accusatiuus (Varro) et ablatiuus (Quint.) declinamenta nominum idonea ad significandum id quod accusatur, id unde aufertur, — emptiuus miles (i. q. mercenarius Paul. D.) non is modo qui est emptus, sed is qui se emi patitur, emptioni se offert uel pronus est, — oleae conditiuae (Cato r. r. 6, 1 al.) sunt oleae quae conditui leguntur (Col. II, 22), destinatae ad condituram. Quanquam nihil affirmauerim; potest etiam, ut primitus inclinamento q. e. —iuus (uel —uus) aliqua insit uis siue pertinentiua siue destinatiua. Atqui minus certe frequentatum est ueteribus hoc genus significationis, cum cumulauerit formamenta huius significantiae Caesareanorum temporum ingenium magis, ut ita loquar, abstractiuum. Multa huiusmodi iam Quintilianus habet, inter cetera: administratiuus, datiuus, effectiuus, hortatiuus, laudatiuus, spectatiuus, — Ciceroni iam praetentata assumptiuus, deliberatiuus, demonstratiuus, — scaturiuntque postinde eo genere libri grammaticorum, rhetorum, philosophorum — maxime omnium Boethii —, iurisperitorum, medicorum, — superante omnes Coelio Aureliano, opifice uocabulorum sollertissimo. Eorum quae nostri habent in —iuus uerbalia fugitiuus et uotiuus hanc in partem uidentur posse uindicari; cetera participalem retentant significantiam, nisi quod praerogatiua pro substantiuo est, sententia etiam per denominationem immutata.

**—ulus** uerbalia: aemulus[1], capulus s.[2], cingulum s.[3], copula s.[4], credulus[5], macula s.[6], pendulus[7], *prominulus*, propatulus[8], ridiculus[9], s e c u l u m[10], speculum s.[11], (specula? s.[12]), tegula s.[13], titulus s.[14], tumulus s.[15], uinculum[16 *]).

---

1) V. Sat. 10, 3. — 2) Sp. Hadr. 10, 5. — 3) Tr. Gall. 20, 3. — 4) C. Maximin. 27, 8 *dextrocherium cum copula de hyacinthis quatuor.* — 5) L. Diad. 4, 2. — 6) C. Gord. 24, 2 (μαγ—). — 7) Hadr. ap. V. Sat. 8, 1. — 8) Sp. Hadr. 10, 2 *in propatulo.* — 9) L. Hel. 4, 4.. (ridi-c-ulus, quanquam intercedente c, indidi ut adiectiuum; cf. stra-g-ulus). — 10) L. Hel. 35, 4.. — 11) Sp. Jul. 7, 10. — 12) u. c. II. — 13) C. Pert. 1, 2.. — 14) V. Aur. 34, 1 *praelati sunt* (ductis in triumpho) *tituli gentium nomina continentes*, Car. 5, 4, Sp. Seu. 23, 1, Tr. xxx, 31, 2 *insignita est hoc titulo ut castrorum se diceret matrem*, L. Hel. 3, 1 *nomen Antoninum, quod non solum titulo, sed etiam in sanguine redditum uidebatur*, Sp. Hadr. 7, 3 *Dacia Turboni credita, titulo Aegyptiacae praefecturae, quo plus auctoritatis haberet, ornato*, Seu. 11, 4 *tam grauis supplicii titulo*,.. Dubium sane, sitne ti-tulus (cf. Corssen Beiträge p. 373) in his numerandum, sed tanquam unicum t intercedente in —ulus tamen conexui. — 15) Tr. xxx, 11, 5.. — 16) L. Diad. 5, 6, Tr. xxx, 30, 26, pl. C. Gord. 9, 2..

*) Cf. amiculum, anteuent-ulus App., assecla (assecula Prisc. IV, 6), bibulus, cernulus App., coagulus (—um), coculum, crepulus Auien. Sid., edentulus pass. (edentare), eminulus, excipulus (excipula sc. uasa Plin.), formula, garrulus, gemulus App., gerulus uett. (damnigerulus etc.), iăc-ulum, inuoluulus, iugulus (iugulae, iugulum), legulus, muscipula, patulus, prēlum (premulum), propendulus App., querulus, regula, reic-ulus pass., stridulus, tinnulus, torculus (—um). Verbalia haec in-ulus adiectiua (partim in substantiuorum ius transgressa) participii praesentis actiui (ut plurimum) referunt uim forma (et uocabuli et notionis) nominali. Iuncta sunt his similitudine et figurae et significantiae substantiua item propemodum omnia a uerbis inclinata in —culum, —bulum (—cula, —bula), quo de genere et similibus (—crum, —brum, —trum..) luculenter disseruit Corssen Beitr. p. 342 sqq. Nos, cum in —culum, —bulum nouicia apud nostros compareant nulla, contenti fuimus quae tamen eorum generum apud eos inuenta enotauimus uocabula obiter exhibuisse, adiectis deinde aliorum quibusdam, quae ap. Corss. desiderantur, recentiorum pleraque: *cubiculum* V. Tac. 4, 7.., *ferculum* L. Hel. 25, 9.., *gubernaculum* V. Car. 1, 2.., *miraculum* C. Max. 33, 4.., *nouaculum* L. Hel. 31, 7 (ceteri nouacula f.), *oraculum, periculum* Tr. xxx, 22, 2.., poculum, *propugnaculum* C. Max. 22, 5 *sulfure et flammis ceterisque huiusmodi propugnaculis*, — *senaculum* L. Hel. 4, 3, V. Aur. 49, 6 (quod est denominatiuum, ut clunaculum, pinnaculum Tert., tabernaculum, umbraculum), — *spectaculum* L. Hel. 23, 1, V. Prob. 19, 6.., *uehiculum* L. Hel. 16, 1..; — *fabula* C. Ver. 11, 1 et passim, *fibula* Tr. xxx, 30, 14.., *incunabula* pl. L. Diad. 5, 6, *infundibulum* V. Aur. 50, 4, *pabulum* V. Prob. 4, 7, *patibulum* Tr. xxx, 29, 4, *prostibulum* L. Comm. 2, 8.., *stabulum* V. Car. 19, 1; —

**—bilis:** † admirabilis [1], aequabilis [2], affabilis [3], amabilis [4],

---

collectaculum Grom. Cass., exceptaculum, focula (dicta nutrimenta Non.), hibernaculum, notaculum Min. Fel., obstrepitaculum Tert., obturaculum Marc. Emp., occursaculum App. (occursacula noctium), offendiculum Plin. min. Paul. N., offensaculum App. Lact. Prud., perforaculum gl., potaculum Tert., remeaculum App., reuerticulum id., signaculum, sustentaculum Tac., tenaculum, terriculum, tutaculum Prud., — dicabula Tert. M. Cap., exorabulum, fundibulum (i. funda) Vulg., insubulum Is., mandibula Is. u. mandibulum Macr., pulsabulum App. — Similis ac uerbalium in —ulus est ratio adiectiuorum participialium in —bundus, nisi quod haec potestate multo magis uerbalia sunt, ut ita dicam, quam nominalia, ac tantum non uera participia. Quae figura mirum quam rari apud nostros est usus, apud quos duo tantum inuenerim: *contionabundus* C. Ant. Ph. 13, 6, Gord. 7, 4 (Liu., Tac.) et *furibundus*, ut V. Sat. 7, 4, quibus accedit parilo *oriundus* Sp. Seu. 1, 1 *Africa oriundus*, Pesc. 7, 5 *urbe..*, C. Alb. 4, 1 Adrumetinus *oriundo*, it. V. Sat. 7, 1 *oriundo* Gallus. Quod contra ceteris posterioris aetatis scriptoribus admodum frequentatum est hoc genus participialium, quare et quaedam per posteriores solos cognita indidi, quae in copia exemplorum apud Ruddimann. Inst. Gr. Lat. t. I, p. 309 sq. ed. Lips. desiderantur: adminiculabundus It. Alex. 21, amplexabundus Jul. Val., anhelabundus gl., aucupabundus Tert., carminabundus Sidon. (carminare), causabundus Prisc., comminabundus Tert., conspicabundus M. Cap. VIII, 803, contemplabundus Tert., eiulabundus Jul. Val. II, 16, exsultabundus Iust. Solin., famulabundus Tert., flammabundus M. Cap., fluibundus M. Cap., gaudibundus App., iactitabundus Sid., insultabundus Augustin., latitabundus Sid., mendicabundus Aug., murmurabundus App., natabundus Jul. Val., nixabundus Jul. Val., oscitabundus Sid., otiabundus Sid., palabundus Tert. Cypr. It. Alex. 56 cl. 85, parabundus gl., pauibundus Arn., precabundus Lat. Pac. 36, rimabundus App., salutabundus M. Cap., spumabundus App., sudabundus auct carm. ad Pis., uastabundus Amm., uibrabundus M. Cap., uisabundus It. Al. 57. Ergo 60 ap. Rudd. enumeratis — e quibus 30 a deponentibus, 1 sensu quidem mediale (uolutabundus), 2 a uerbis inusitatis (amorabundus, noctuabundus) — accessere 35, — e quibus 12 (13?) a deponentibus, 2 sensu medialia (flammabundus, uibrabundus), 1, ut uidetur, a uerbo non comparente (uisabundus). Ceterum parum differunt a —bundus finitis uel figura uel propritim potestate uerbalia in —cundus, ut *secundus*, rubicundus, *fecundus* V. Sat. 8, 5.., *iucundus* C. Gord. 30, 4.., *iniucundus*, ut V. Aur. 41, 1, *uerecundus* C. Ver. 9, 2.., *inuerecundus* L. Hel. 6, 5 all., — et in —undus (non intercedente consona), ut *oriundus* (u. superius), rot-undus Sp. Hadr. 16, 4, — nisi quod multo sane magis quam illa usu sic uolente facta sunt haec uere adiectiua nomina.

1) V. Car. 10. — 2) V. Tac. 1, 3 *ne aliquis* sub *aequabili dignitate Romani expers remaneret imperii* (cf. C. Ant. Ph. 12, 1 sub *ciuitate libe a*, — ib. 8, 6 *sub Pio*, Sp. Hadr. 3, 8 *sub Surano et Seruiano coss.*). — 3) C. Pert. 12, 2, Sp. Car. 1, 3.. — 4) V. Sat. 10, 3.. —

†**aspernabilis** pr.[5], commendabilis[6], *contemptibilis*[7],

---

5) C. Max. Balb. 6, 2 *moribus aspernabilis ac tamen iustus neque unquam usque ad exitium negotiorum uel inhumanus uel inclemens,* — actiua ui q. aspernans, contemptor (ut C. Maxim. 2, 2): sic pr. adiutabilis Pl. Mil. 1134 *date operam adiutabilem,* — conductibilis id. Trin. 25 *utile et c.*, Epid. 248, — cruciabilis id Pseud. 950; Gell., App., Arn. II, 61 *cr. poenae*, Amm. XXII, 11, 10, XXIII, 5, 17, Prud. Psych. 446, Perist. III, 115, — genitabilis Lucr. I, 11, Arn. IV, 28 (= genitalis), — horrificabilis Acc. fr. 617, — immemorabilis Pl. Cist. II, 2, 3, — imperabiliter (q. imperiose) Cato ap. Charis. II, p. 202, — impetrabilis Pl. Menaechm. 605, Most. 1162, Epid. 333, Amm. XXIX, 5, 32, XXXI, 11, 5, — incogitabilis (q. inconsultus) Pl. Mil. 544, cf. Amm. XV, 3, 7, — mactabilis Lucr. VI, 805, manabilis id. I, 534 (manalis), perplexabilis Pl. Asin. 792, Stich. 85, — placabilis Ter. Ad. 608, Phorm. 961; Gell. Lact., — uincibilis Ter. Ph. 226 *iustam causam, facilem uincibilem*, cf. App. Apol. 35 ex.; — uulg. ap. class. auctt. praestabilis, stabilis (cf. restibilis), terribilis, et sic porro durabilis Ouid. Col.; App. all. (perdurabilis Boeth.), generabilis Plin. II, 45, 116; App. Ascl. 14, — medicabilis Col. Val. Fl.; Pall. al., — penetrabilis Vg. A. X, 408, G. I, 93; Arn. IV, 23 (= penetralis), — persuasibilis Quint. et Cels. ap. Quint., — remeabilis Stat.; Tert. Prud. Ap. 1049 (sed permeabilis Solin. pass.), resonabilis Ouid.; — impeccabilis Gell. XVII, 19, 6 *is erit. pleraque i.*, — inuitabilis (q. inuitans) Gell. XIII, 11, 4, — obsequibilis Gell. II, 29, 12, — incredibilis App. Ascl. 28 *incredibiles cogentur credere* (ib. incredibilitas), — ululabilis App., Amm. XXII, 9, 15 al.; — aliquanto etiam plura apud recc. solos, ut: adulabilis Amm. XXIV, 11, 11 *sermo*, al., — aegrotabilis Aug., — affabilis Arn. IV, 22, — ambulabilis Boeth., — calefactibilis Boeth. *ignis*, — comitabilis Paul. N. *error*, — consociabilis Ambr. ep. 1, — contemplabilis Amm. XXIII, 4, 2 al., — decibilis Isid., — dignabilis Alc. Auit., — dubitabilis Prud. Ap. 581, — exaudibilis sch. Iuu., — fraudabilis Cass., — geminabilis Isid., — illicibilis Lact., — impassibilis, — impraestabilis Firm. m. Salu., — incessabilis Cypr. ep. 73 p. 135, — nauigabilis Boeth. *homo animal n.*, — perceptibilis Boeth. *scientiae homo*, Cass., — peruagabilis Sid. *cymbala*, — placibilis Tert. res. carn. 43, — plectibilis C. Theod. XII, 1, 161 *seueritas* (al. in eod. cod. et ap. Sid. pass.), — procreabilis Cass., — receptabilis Ambr. *passionis*, — recreabilis Cass. Ven. Fort., — susceptibilis Boeth., — uegetabilis Amm. M. Cap., — uenerabilis Arn. VII, 30, cf. Val. Max. II, 4, 4, I, 1, 15, alia, — speciatim Coel. Aur. multa huiusmodi habet, ut commobilis II, 9, 48, densabilis II, 8, 36 al., excitabilis, grauabilis (cibus) I, 15, 136, III, 17, 139, hinnibilis VIII, 10, 119 (cf. Ps. App. dogm. Plat. III, p. 265 Hild.), indicabilis, inflabilis III, 17, 139, latrabilis (et. Boeth.), nutribilis, percussibilis (odor), perseuerabilis, praefocabilis, siccabilis VI, 8, 138 *humoris lapis*, solubilis, suffocabilis, tenuabilis, uexabilis, uitiabilis V, 7, 110 *neruorum potio*, uulnerabilis. — 6) C. Max. Balb. 7, 6, comp. Tr. xxx, 16, 3,.. — 7) Vnum hoc apud nostros contra normam a part. perf. inclinatum est. Inueniuntur tamen eodem modo inclinata apud ueteres quidem pauciora, ut: flexibilis Cic. all. (inflexibilis Sen. Plin. all.), comprehensibilis Cic. praetent. Sen. Lact. all., — sed aliquammulta apud recentiores ut: accessibilis Tert., calefactibilis, cor-

credibilis[8], *damnabilis*, detestabilis[9], honorabilis (honorabi*liter*), ignobilis[10], implacabilis[11], incredibilis[12], inexorabilis[13], inexplebilis[14], intolerabilis[15], inuiolabilis p., laudabilis[16], memorabilis[17], mirabilis[18], miserabilis[19], nobilis, odibilis pr., optabilis[20], pernobilis[21], *pompabilis*[22], praedicabilis[23], probabilis[24], *pudibilis*, terribilis[25], uenerabilis[26].

Formae nominum **deminutiuae***): adulescentulus[1], arcula[2], *blandulus*, buccula[3], calculus[4], capsula[5], Carpisculus[6], catulus[7], causula[8], circulus[9], crustulum[10], dicaculus

---

ruptibilis et inc— eccl., digestibilis C. Aur. (indigestibilis Th. Prisc.), diuisibilis et ind— Tert., inconcessibilis Tert., indeceptibilis Boeth., indeprehensibilis Quint. decl., indiscussibilis Cl. Mam., inductibilis C. Aur., ineuulsibilis Aug., intensibilis Boeth. (tensibilis Cass.), interemptibilis Tert., interfectibilis App. herb., irregressibilis Aug., irreprehensibilis Tert. (reprehensibilis Ambr. Salu. Alc. Au.), irrisibilis (irridere) Aug., persuasibilis, prouectibilis Fulg., remissibilis et irr— Tert. eccl., risibilis M. Cap., susceptibilis, all. Quaedam utraque figura exstant, partim quidem ita ut forma regularis sit etiam antiquior, ut pa*t*ibilis Cic., pa*ss*ibilis eccl., — impatibilis uett., impassibilis Tert. Lact. Prud., — discernibilis Aug., discrobilis Jul. Val., — elegibilis Boeth., electibilis App., — percipibilis Mar. Vict., perceptibilis Boeth. Cass. Cf. Haase ad Reisig. gr. lat. p. 187. — 8) C. Maxim. 12, 8. — 9) V. Aur. 43, 1. — 10) C. Macr. 4, 1.. — 11) Sp. Seu. 18, 4 *delictis*. — 12) Tr. xxx, 30, 15. — 13) C. Ant. Ph. 24, 1. — 14) C. Max. Balb. 17, 2 *auaritia*. — 15) Tr. Gall. 14, 6. — 16) Tr. xxx, 32, 2. — 17) Sp. Ver. 2, 1, L. Diad. 1, 1, C. Gord. 3, 6. — 18) V. Prob. 17, 2.. — 19) adu. V. Cass. 4, 5. — 20) C. Maxim. 5, 7. — 21) L. Al. 41, 2. — 22) i. q. pompalis, — cf. aeternabilis Acc., exitiabilis Plaut. Cic. Liu. all., fauorabilis Quint. Tac. all. perniciabilis Tac. Curt., rationabilis Sen.; App., Dig., — amicabilis Firm. m. Cod. Just. Nou., formicabilis C. Aur., scripturabilis Cass. (scripturalis Hilar., —arius Fest.), — pestibilis Cod. (pestilis). Conferri potest etiam aequabilis = aequalis, incertum utrum primarium. — 23) Tr. Val. 8, 2. — 24) Sp. Ver. 5, 2 *minus pr. in uita priuata*. — 25) Sp. Seu. 7, 3. — 26) C. Ver. 8, 9 . . .

*) Hoc genus post Schwabei nostri curas De deminutiuis graecis et latinis liber Gissae 1859 (adde G. Mueller De linguae latinae deminutiuis Regim. 1865) denuo tractare non placuit, quare inannotatum reliqui. Ceterum cf. I, 1 ad u. pullicenus.

1) C. Maxim. 17, 2.. — 2) C. Ver. 8, 2. — 3) C. Maxim. 29, 9. — 4) C. Pert. 1, 4. — 5) V. Aur. 31, 8. — 6) V. Aur. 30, 4. — 7) L. Al. 41, 5. — 8) C. Macr. 4, 3. — 9) V. Prob. 10, 4 *cum id per multos c. diceretur*, — Tac. 6, 5 *dulcia et circuli*. — 10) Sp. Hadr. 21, 4. —

pr., *flacculus*, Graeculus[11], guttula pr., hortulus[12], infantulus, lectulus[13], minutulus[14], *nudulus*, offula[15], osculum, pallidulus[16], paruulus[17], puerulus[18], pupula[19], putidulus, regulus[20], *russulus*, sagulum[21], spiculum[22], sportula[23], *subcrassulus*, *uagulus*, uernula, uiculus[24], uillula[25], urnula[26], zonula[27], — areola, *balteolus*, bracteola, *conuiciolum*, fasceolum, gladiolus[28], lanceola, palliolum[29], Victoriola[30], — anicula[31], dracunculus, latrunculus[32], lepusculus[33], longiusculus[34], maiusculus[35], minusculus[36], muliercula[37], reticulus[38], *saltatiuncula*, uasculum[39], uermiculus[40], — castellum[41], cerebellum[42], fabella, libellus[43], nouellus[44], porcellus[45] et *porcellulus*, puella[46], sacellum[47], — *pabillus*, sigillum[48], — *pullicenus*..

Cetera deriuatorum nominum genera, quibus noui nihil horum scriptorum accreuerit testimoniis, curiosius pertractare opus non fuit. Attamen si quae praeterea genera quoquo modo relegentis istos libellos animum in se conuerterant, quae ex quoque enotaui uocabula, incertus an cuncta, apposui, — quo tamen hoc magis per plura diluceat, quibus deriuatiuorum nominum generibus hi scriptores crebrius, quibus abuti soleant parcius. Sed nominaui tantum pleraque uocabula, notulis rarius indulsi.

11) Sp. Hadr. 1, 5. — 12) Sp. Ver. 4, 2. — 13) V. Tac. 17, 5.. — 14) V. Tac. 11, 8 *literae*, abs. (sc. nummus) Val. ap. V. Aur. 9, 7.. — 15) C. Pert. 12, 6. — 16) Hadr. ap. Sp. Hadr. 25, 9. — 17) L. Diad. 4, 6..., abs. V. Tac. 6, 8.. — 18) L. Hel. 26, 4.. — 19) C. Pert. 4, 2. — 20) Tr. Cl. 1, 1.. — 21) L. Al. 54, 4. — 22) V. Sat. 10, 2. — 23) Tr. Gall. 16, 6. — 24) V. Aur. 3 ex. — 25) V. Tac. 6, 8. — 26) Sp. Seu. 24, 2. — 27) L. Al. 52, 3. — 28) C. Alb. 8, 1. — 29) V. Aur. 4, 5. — 30) Sp. Seu. 22, 3. — 31) Vulc. Cass. 1, 8, L. Al. 52, 1.. — 32) V. Firm. 2, 1. 2. — 33) L. Al. 3[?], 1. — 34) L. Diad. 3, 2. — 35) C. Alb. 3, 5. — 36) V. Firm. 1, 1.. — 37) L. Comm. 2, 8.. — 38) L. Hel. 11, 7.. — 39) C. Max. 4, 3 — 40) L. Comm. 10, 4. — 41) C. Maxim. 15, 6.. — 42) L. Hel. 20, 6. — 43) Tr. xxx, 1, 2.. — 44) V. Tac. 1, 1 *nouello adhuc Rom. urbis imperio*, Tr. Cl. 10, 3. — 45) Sp. Jul. 3, 9. — 46) V. Cass. 10, 8.. — 47) V. Aur. 4, 7.. — 48) C. Gord. 32, 6.

**Substantiva** in —**ium***): adulterium, aedificium, alloquium (u. II s. enall. praepos.), amburbium, arbitrium (Tr. Gall. 11, 3 *magnorum arbitrio uirorum,..*), atrium (Sp. Seu. 24, 4 *regium*), augurium, auspicium, auxilium, beneficium, biennium, collegium (Val. ap. Tr. xxx, 12, 8 *Romano dignus collegio*, i. senatu, — Tr. Gall. 8, 6 *uexilla quae collegiorum erant dracones et signa templorum omniumque legionum,* cf. V. Aur. 34, 4), colloquium (Sp. Hadr. 12, 8,..), comitia (V. Tac. 1 ex. *magistratuum*), commercium, † compendium (C. Pert. 9, 8 *alimentaria*, V. Aur. 9, 3), coniugium (L. Hel. 4, 3 *consularis coniugii ornamenta*), consilium, consortium, contubernium, crepundia (V. Aur. 4, 5), conuicium (C. Ver. 5, 1..), conuiuium, decennium, desiderium, dispendium (Tr. Gall. 1, 4 *qui priuatis|posset fortunis publica explere d.,* — pr., Col., all.), elogium, eloquium p., † excidium (ui extenuata q. damnum L. Al. 44, 1), exercitium (C. Ant. Ph. 10, 2 *cum ex. iuris*, — † Sp. Jul. 5, 9 *milites ad ex. militare produxit,* C. Maxim. 10, 4, V. Cass. 6, 3, Veg. r. m.), exilium, exitium, exordium, fastidium, fastigium (C. Ant. P. 6, 4 *imperatorium*, Sp. Hadr. 8, 7 *senatus f. in tantum extulit*), flagitium, gaudium, homicidium, hospitium (Sp. Hadr. 10, 6 *cum aegros milites in hospitiis suis uideret,* V. Prob. 4, 7, Aur. 7, 8 *in hospitiis caste se agant,* — sc. milites, quibus superuenientibus hospitia praeberi in ciuitatibus oportebat Dig. L, 4, 3, 13), impendium (L. Al. 47, 3 *reddens impendia quae fecissent,..*), imperium, impluuium, incendium, indicium, ingenium, initium, insomnium p., iudicium, lectisternium, ludibrium († Tr. Gall. 4, 3), magisterium (V. Aur. 11, 2 *militiae,..*), mancipium, mendacium, † ministerium,

---

*) Haec partim a nominibus deriuata sunt, maiorem uero partem (c. 70%) a uerbis (a forma fere praesentali). Quaedam sane, ut coniugium, naufragium, utri sint generi accensenda, ambigi possit, nisi sensus potissimum ratio habeatur. Denominatiui generis altera est species inclinatorum a nomine aliquo uel simplici (ut senium, libertin-ium, calu-it-ium) uel composito (ut commilit-ium a commiles, sacrileg-ium), altera affiguratorum e dictione aliqua composita (ut ad uerbum: aduerbium, inter turres: interturrium, latus fundus: latifundium), — utraque species totidem fere complexa uoces. Similiter uerbalia in —ium pleraque quidem a uerbis sunt singulis, ut studium, colloquium, silentium, pars tamen haud exigua (c. ⅓) e constructione aliqua efficta, ut maliloquium (male loqui), artificium (arte facere), dentifricium (dentes fricare), stipendium (stipem pendere). Talia enim deriuatiua sunt, non composita. — Quae I, 1 notata sunt ut nouicia, ballistium cucutium, cum non uideantur esse latina, deriuatiuis in —ium non inserui.

municipium, naufragium (L. Al. 34, 4 *exsoletis omnibus deportatis, aliquibus etiam naufragio mersis,* al. trnsl.), nauigium, negotium, † nundinium, obsequium, odium, † officium, † palatium, pallium, parricidium, peculium, † perfugium (Tr. xxx, 2, 4), periurium, pomoerium, praedium, praeiudicium (V. Aur. 16, 1), praemium, praesagium, praesidium (V. Aur. 37, 5..), prandium, principium, priuilegium prodigium, † proelium, profluuium (Sp. Hadr. 23, 7), propudium (V. Firm. 5, 3 *feminei propudii reliquias colligentem*), quadriennium, quinquennium, remedium, sacerdotium, sacrificium, sacrilegium, scrinium, senium, seruitium (Tr. Cl. 8, 2.., an seruicium? cf. p. 23*), ¿ sestertium (pl. Sp. Seu. 5, 2..), silentium, solacium, solium (L. Al. 25, 5..), somnium, spatium, spolium (sing. V. Car, 20, 5), stipendium, studium, subsellium, subsidium, suffragium (III, 4), supercilium, supplicium, suspirium (Sp. Pesc. 11, 2), taedium, triennium, uestigium, uitium (femin. plur.: deliciae, Esquiliae, excubiae, exsequiae, infitiae, insidiae, manubiae V. Aur. 10, 2, nuptiae, rellquiae).

„ in —**ia** abstr. (deriuatiua quorumque compareat primitiuum*): amic-it-ia, angustia, astutia, auaritia, audacia, concordia, controuersia, contumacia, custodia, discordia, diuitiae, facetia (Tr. Gall. 9, 1. 5), facundia, gratia, ignauia, imperitia, impudicitia, infamia, inopia, insania, inuidia, iracundia, iustitia, lasciuia, laetitia, malitia (V. Aur. 35, 5), memoria, militia, minutia, miseria, misericordia, modestia, molestia, munditia (C. Maxim. 29, 3 pl.), perfidia, peritia, peruicacia, pudicitia, pueritia, segnitia, sollertia, stultitia, superbia, tristitia, uecordia, uerecundia, uicinia, uictoria, uigilia. [centuria, decuria, luxuria, penuria; — calumnia, ignominia; — industria (industrius), iniuria]. Verbalia: contum-el-ia (cf. contumia), incuria, inedia, uenia, uindemia. Cf. supra p. 11* sq.

„ deriu. in —**es** 5 decl.: canities (C. Gord. 6, 1), effigies, facies, fides (historica Tr. Cl. 11, 5, V. Aur. 35, 1), luxuries (C. Gord. 6 ex., V. Cass. 5, 3..), materies (C. Pert. 8, 5, al. materia), mollities (L. Comm. 2, 7), mundities, pernicies, progenies, segnities (C. Pert. 5, 7), series, † species (Val. ap. Tr. xxx, 18, 9, C. Ant. P. 7, 10..,

---

*) **Exceptis itaque talibus, qualia sunt materia, pecunia, — copia, gloria.**

V. Firm. 3, 4, — V. Aur. 29, 1.., C. Ver. 9, 6..), spurcities (C. Maxim, 28, 4; Lucr., App.).

„ in —**monia**, —**monium**: acrimonia pr., alimonia pr., caerimonia (V. Aur. 18, 6..), castimonia (Tr. Cl. 13, 5), parsimonia (C. Ant. P. 7, 5..), sanctimonia (C. Gord. 25, 7, Max. Balb. 2, 7, V. Tac. 3, 5..), — matrimonium, mercimonium (C. Ant. Ph. 23, 6 *ne m. impedirentur*), patrimonium (Sp. Hadr. 7, 9...), testimonium (V. Prob. 6, 5 *sub huiusmodi t.,...*).*)

„ in —**crum**, —**brum**, —**trum**.., adi. in —**cris**, — **bris** (cf. p. 42* ann.): lauacrum (Sp. Hadr. 11, 6...), lucrum, ludicrum (Tr. Cl. 13, 6, *literaria* C. Alb. 12, 12), sepulcrum (L. Hel. 17, 7..), simulacrum (Sp. Hadr. 19, 13..); — illecebrae (Tr. Gall. 14, 5), probrum, — claustrum (Tr. Gall. 6, 8), monstrum, rostrum, tonitru**); — mediocris (Sp. Pesc. 1, 4.., *principes* L. Hel. 3, 2), uolucer (C. Ver. 10, 9), celeber (Sp. Hadr. 16, 1 *fama,..*), funebris (L. Comm. 16, 6), lugubris (C. Maxim. 31, 1), muliebris (V. Car. 17, 5.., *uestis* L. Comm. 13, 4).

**Adi.** in —**ilis**: debilis (Sp. Jul. 8, 3 *luminibus*), facilis (difficilis), humilis (C. Gord. 12, 3..), inhabilis (V. Sat. 10, 3..), similis, utilis (L. Al. 4, 5..); — uerb. in —tilis u. supra p. 20* ann.

„ in —**ax**: audax, efficax (Tr. Gall. 15, 1 *imperator*), ferax (C. Ant. Ph. 16, 3 *feracior ad uirtutes*), furax (L. Al. 66, 2), pertinax (C. Macr. 13, 3..), procax (C. Maxim. 27, 1), tenax (Sp. Hadr. 14 s. f...), uiuax p. (atrox, ferox, uelox; trux V. Cass. 3, 4).

„ in —**entus**: cruentus (V. Aur. 21, 5..), incruentus (L. Al. 25, 1), opulentus (Sp. Car. 4, 2..), temulentus (V. Tac. 2, 4), truculentus (Sp. Car. 2, 1, Tr. xxx, 9, 3 et saep.), uiolentus (L. Al. 62, 3..), unguentum.

---

*) Prisc. IV, 4 *inueniuntur quaedam quae in —monia desinunt, a nominibus s. uerbis deriuata.* Cf. aegrimonia, alimonium, falsimonia (—ium) Plaut., gaudimonium Petr., mendicimonium Laber., miserimonium id., querimonia, regimonium gl., sessimonium Vitr., tristimonia B. Afr. (—ium Petr.), uadimonium.

**) Ad alia subst. deriu. genera non animaduerti. Nam et in —ido (e/u) nulla memini me legere praeter libido saepius et testudo C. Alb. 5, 6.

„ in —**idus:** auidus, callidus (V. Car. 13, 1..), candidus, cupidus, frigidus, grauidus (V. Car. 2, 3), hispidus, humidus, incallidus (C. Macr. 13, 1 *in iure non i.*), insubidus, inualidus, liuidus (C. Ver. 4, 6), nitidus (C. Gord. 6, 6 *uestitus,..*), perlucidus (V. Car. 20, 5..), *pertepidus* (noue, sed ut compos.), *perturbidus* (noue ut comp.), placidus (C. Ant. P. 2, 1), praetrepidus, praeualidus (V. Cass. 1, 2 *apud ipsum Marcum pr.*), rapidus (Tr. Gall. 7, 4), retorridus, rigidus (C. Macr. 11, 1), rubidus (Sp. Pesc. 6, 5 *oris semper r.*), solidus (V. Tac. 6, 1 *solidior sapientia,..*), sordidus (C. Ant. P. 7, 7, Pert. 12, 2..), splendidus, stupidus (C. Ant. Ph. 29, 2), tepidus (L. Comm. 2, 9 *tepidius lotus*), timidus (C. Max. 24, 7), trepidus (Sp. Jul. 3, 5..), ualidus (V. Tac. 3, 4 *urbes,* Prob. 19, 3 *arbores,..*).

# Sententiae controuersae:

I) Haud ita multo post Alexandri M. seculum Graecos genuinos nusquam comparuisse, inque nomen successisse iam tum (non medio demum aeuo) alienigenas graecissantes, seruorum subolem inuecticiorum.

II) Magistratus, ad quos rationes referebantur ab omnibus, qui aliquid publicae rei administrassent, appellatos fuisse Athenis eosdem et logistas et euthynos.

III) Xenophontem Grylli f. Atheniensem natum fuisse non ante a. 430 a. Chr., mortuum utique non ante 346.

IV) Inclinamento quod est — aster rem non deminui, sed citius carricando quasi increscere eandemque deformari, ac si quid in talibus (ueluti pueraster, Fuluiaster) deprehenditur similationis, id non esse figurae, sed a primitiuo.

V) Vitam Getae non uideri conscriptam esse ab auctore ceterarum uitarum, quae Spartiani nomen praeferunt.

VI) Legendum esse

1) Spart. Hadr. 17, 6: *cum quodam tempore ueteranum quendam notum sibi* **in pariete** *dorsum . . uidisset adterere, percontatus, cur se marmoribus destringendum daret . .* —

2) ib. 20, 10: *libros statim lectos et ignotos* **pridem** *plurimos memoriter reddidit* —

3) Lampr. Commod. 3 ex. et 4 in.: *in senatus odium ita uenit, ut et ipse crudeliter in tanti ordinis perniciem saeuiret fieretque* **e** *contempto crudelis. Vita Commodi . .* —

4) ib. 1 ex. et 2 in.: *decimo quarto aetatis anno in collegium sacerdotum adscitus est,* [*cooptatus est*] *inter trossulos princeps iuuentutis cum togam sumpsit* —

5) L. Diadum. 5, 5: *sed Macrinus timuisse* **et,** *quod nullus ex eius genere hoc nomine censeretur, abstinuisse nomine imperatorio* —

6) ib. 8, 4: *cum . . audisset, auctores quidem defectionis occisos,* **conscios** *tamen, quorum dux Armeniae erat et item legatus Asiae atque Arabiae, ob antiquam familiaritatem dimissos* —

7) L. Heliog. 3 ex.: *ut omnium culturarum* ***sacratum*** *Heliogabali sacerdotium teneret* —

8) L. Alex. 35, 6 (cl. 36, 3): *quem* (Torinum) *cum familiarem habuisset, ille omnia* ***fumis*** [*uel fingendo*] *sic uendiderat, ut Alexandri quasi stulti hominis . . infamaret imperium* —

9) ib. 43, 2: *consules quoscunque uel ordinarios uel suffectos* [*creauit,*] *ex senatus sententia nominauit, . . et nundina ueteri ex ordine instituit.* —

10) ib. 48, 6: *sed post iussu imperatoris occisus est,* ***quando*** *et ille* [*militaris esset et*] *a militibus occisus esset* —

11) Capitol. Macrin. 5, 7: *ad* ***deleniendum*** *militum motum* —

12) Trebell. Gallien. 19, 1: *Hic Gallieni filius fuit, . . de quo* ***quidem*** *nihil est quod dignum in literas mittatur* —

13) Id. XXX, 5, 1: *Huius rebellione in Gallia . . Posthumus interemptus est, cum iam nutante* ***Gallia*** *Gallieni luxuria in ueterem statum Romanum formasset imperium* —

14) ib. 30, 11: *qui eam* (Claudius Zenobiam) *passus esse dicitur imperare, idque* ***consulte*** *ac prudenter, ut illa seruante orientalis fines imperii ipse securius quae instituerat perpetraret* —

15) Vop. Car. 13, 4: *quamuis plurimos* ***plane sciam*** *militares . . usurpare dicta . . poetarum.*